

dauid. **A**nserunt autem ei dominus in principem et sadoch in pontifice. **S**editque salomō super solium domini in regem pro dauid patre suo et cunctis placuit. et paruit illi omnis israel. **S**ed et universi principes et potentiores et cuncti filii regis dauid dederunt manū. et subiecti fuerunt salomoni regi. **M**agnificavit ergo dominus salomonem super omnem israel. et dedit illi gloriam regni qualem nullus habuit ante eum rex israel. **I**gitur dauid filius isai regnavit super universum israel et dies quibus regnavit super israel fuerunt quadraginta anni. **I**n hebron regnavit septem annis et in hierusalem trigintatribus. et mortuus est in senectute bona plenus diebus et divitiis et gloria. et regnavit salomon filius eius pro eo. **G**esta autem dauid priora et novissima scripta sunt in libro samuel videtis et in libro nathan prophete. atque in volumine gad videtis universisque regni eius fortitudinis et temporum que transierunt sub eo. siue in israel siue in cunctis regnis terrarum.

ExPLICIT DABREIAM IN LIBER PRIMUS. **I**NCIPIT DABREIAM IN SIUE PARALIPOMENON LIBER SECUNDUS. **C**APITULUM. **I**

Quoniam confortatus est ergo salomon filius dauid in regno suo et dominus erat cum eo. et magnificavit eum in excelsum. **P**recepitque salomon universo israeli tribuibus et ceterionibus et ducibus et iudicibus omnes israel et principibus familiarum. et abijt cum universa multitudine in excelsum gabaon. ubi erat tabernaculum federis domini quod fecit moyses famulus dei in solitudine. atque cum autem dei adduxerat dauid de cariathiarim in locum quem propauserat ei. et ubi fixerat illi tabernaculum hoc est in hierusalem. **A**ltare quoque eneum quod fabricatus fuerat in beseleel filius vri filii yr. ibi erat coram tabernaculo domini quod et requiritur salomon et omnis ecclesia. **A**scenditque salomon ad altare eneum coram tabernaculo federis domini. et obtulit in eo mi-

le hostias. **E**cce autem in ipsa nocte apparuit ei deus dicens. **P**ostula quod vis ut dem tibi. **D**ixitque salomō deo. **T**u fecisti cum dauid patre meo misericordiam magnam et constituisti me regem pro eo. **N**unc ergo domine deus impleat sermo tuus quem pollicitus es dauid patri meo. **T**u enim me fecisti regem super populum tuum multum qui tam innumerabilis est quasi pulvis terre. da mihi sapientiam et intelligentiam. ut ingrediar et egrediar coram populo tuo. **Q**uis enim potest hunc populum tuum digne qui tam grandis est iudicare. **D**ixit autem deus ad salomonem. **Q**uia hoc magis placuit corde tuo et non postulasti divitias et substantiam et gloriam. neque animas eorum qui te oderant. sed nec dies vite plurimos petisti aut sapientiam et scientiam. ut iudicare possis populum meum super quem constitui te regem. sapientia et scientia data sunt tibi. **D**ivitias autem et substantias et gloriam dabo tibi. ita ut nullus in regibus nec ante te nec post te fuerit similis tui. **E**tenim ergo salomon ab excelso gabaon in hierusalem coram tabernaculo sederis. et regnavit super israel. **C**ongregavitque sibi currus et equites. et facti sunt ei mille quadringenti currus. et duodecim milia equorum. et fecit eos esse in urbibus quadrigarum et cum rege in hierusalem. **P**rebuitque rex argentum et aurum in hierusalem quasi lapides. et cedros quasi ficomoros que nascuntur in campis multitudine magna. **A**dducebantur autem ei equi de egipto de choa a negociatoribus regis. qui ibant et tenebant precio quadringentorum equorum sexcentis argenteis. et equum centum quinquaginta. **S**imiliter de universis regnis ceterorum a regibus firie emptio celebrabatur.

Decreuit autem salomon edificare domum nomini domini et palatium sibi. **E**t numeravit septuaginta milia virorum portantium humeris. et octoginta milia qui cederent lapides in montibus. **P**repositosque eorum tria milia sexcentos. **V**isitavit ergo ad hiram regem tiri dicens. **S**icut egisti cum dauid patre

CAPITULUM. **E**t capitulatio gubernationis regni israel bysthi sedu q ubi vnu regnu caput / preces et mat / deo p / h agit de / d. / regni unitate sub salo / moe : 29 de regni divisiōe siue de / quo pnt pnti fuit cal 10 : 29 pnt / in dō cap / s qz : 29 uose gūfano / 29 e lib / Elyone

Paralipomenon II

meo et misisti ei ligna cedrina ut edificaret sibi domum in qua habitavit. sic fac mecum ut edificet domum domini dei mei ut consecret eam ad adolendum incensum coram illo et fumiganda aromata et ad propositio nem panis sempiternam et ad holocausto mata mane et vesper. sabbatibus quoque et neomeniis et solenitatibus domini dei nostri in sempiternum quae mandata sunt israeli. Domus enim quam edificare cupio magna est. Magnus est enim deus noster super omnes deos. Quis ergo poterit prevalere ut edificet ei dignam domum. Si celum et celi celorum capere eum nequeunt. quatus ego sum ut possim edificare ei domum. Sed ad hoc tantum ut adoleat incensum coram illo. Mitte ergo mihi virum eruditum qui noverit operari in auro et argento ere et ferro purpura cocino et hyacintho. et qui sciat sculperet celaturas cum his artificibus quos mecum habeo in iudea et in hierusalem quos preparavit deus pater meus. Sed et ligna cedria mitte mihi et arthuxina et pinea de libano. Scio enim quod servi tui noverint cedere ligna de libano. Et erunt servi mei cum servis tuis. ut parentur mihi ligna plurima. Domus enim quam cupio edificare. magis est nimis et inclita. Praeterea operariis qui cesuri sunt ligna servis tuis dabo in cibariis: tritici choros viginti milia. et hordei choros totidem. olei quoque sata viginti milia. Dixit autem hirah rex tiri per leas. quas miserat salomoni. Quia dilexit dominus populum suum. idcirco te regnare fecit super eum. Et addidit dicens. Benedictus dominus deus israel qui fecit celum et terram. qui dedit david regi filium sapientem et eruditum et sensatum atque prudentem. ut edificaret domum domino. et palatium sibi. Nisi ergo tibi virum prudentem et scientissimum. hirah patrem meum filium mulieris de filiabus dan. cuius pater fuit tiri qui noverit operari in auro et argento. ere et ferro et marmore et lignis. in purpura quoque et hyacintho et bissino et cocino et qui sciat celare omnem sculpturam. et adinvenire prudenter quodcumque in ope necessarium est. cum artificibus tuis et cum artificibus domini mei david patris tui. Criticum er-

go et hordeum et oleum et vinum que pollicentur es domine mi mitte servis tuis. Nos autem cedemus ligna de libano quot necessaria habueris et applicabimus ea ratibus per mare in ioppe. tunc autem erit transferre ea in hierusalem. Numerant igitur salomoni omnes viros perfectos qui erant in terra israel post dinumerationem quam dinumeravit david pater eius et inveniuntur centum quinquaginta tria milia et sexcenti. Fecitque ex eis septuaginta milia quae humeris onera portarent et octoginta milia quae lapides de montibus cederent. tria autem milia et sexcentos propositos operum populi.

Et cepit salomoni edificare domum domini in hierusalem in monte moria quae demonstratus fuerat david patri eius. in loco quem pauperat david in area horna iebusei. Cepit autem edificare mense secundo. anno quarto regni sui. Et haec sunt fundamenta quae iecit salomoni ut edificaret domum dei. longitudinis cubitos in mensura prima sexaginta. latitudinis cubitos viginti. porticum vero ante frontem quae tendebat in longum iuxta mensuram latitudinis domus. cubitorum viginti. Porro altitudo ceterum viginti cubitorum in erat. Et deauravit eam intrinsecus auro mundissimo. Domum quoque maiorem texit tabulis lignis abiegnis. et laminas auri obrissi affixit per totum. Sculptisque in ea palmas et quasi catenulas seinvicem complectentes. Stravit quoque pavimentum templi preciosissimo marmore. dorore multo. Porro auro erat probatissimum. de cuius laminis texit domum et trabes eius et postes et pietes et ostia et celavit cherubin in parietibus. Fecit quoque domum sancti sanctorum. longitudinem iuxta latitudinem domus cubitorum viginti et latitudinem similiter viginti cubitorum. Et lamis aureis textit eam quasi talentis sexcentis sed et clavos fecit aureos ita ut singuli clavi ficos quinquagenos appenderet. Tenacula quoque texit auro. Fecit etiam in domo sancti sanctorum cherubin duos ope statuario. et texit eos auro. Ale cherubin viginti cubitis exte debant. ita

vt vna ala haberet cubitos quinq; et tange-
ret pietem domus. et altera quinq; cubitos
hinc alam tangeret alterius cherub. Si-
militer cherub alterius ala quinq; habe-
bat cubitos. et tangebatur parietem. et ala
eius altera quinq; cubitorum ala cherub
alterius contingebat. Igitur ale utriusque
cherub expansae erant. et extendebantur per
cubitos viginti. Ipsi autem stabant erectis
pedibus. et facies eorum erant verso ad exteri-
orem domum. Fecit quoque velum ex hyacintho pur-
pura cocco et bisso. et iterum ei cherubin.
Ante fores etiam templi duas columnas qui-
triginta et quinq; cubitos habebant alti-
tudinis. Porro capita earum quinq; cu-
bitorum. necnon et quasi catenulas in ora-
culo. et supposuit eas capitibus columna-
rum. Malo granata etiam centum. que
catenulis interposuit. Ipsi quoque col-
umnas posuit in vestibulo templi. vnam a
dextris et alteram a sinistris. Nam que a
dextris erat vocauit iachin. et que ad le-
uam vocauit boos.

III
Fecit quoque altare eneum viginti
cubitorum longitudinis. et viginti
cubitorum latitudinis. et decem cu-
bitorum altitudinis. Mare etiam eneum fusi-
le decem cubitis a labio usque ad labium. ro-
tundum per circumitum. Quinq; cubitos
habebat altitudinis et funiculus trigin-
ta cubitorum. ambigebat girum eius. Si-
militer quoque boum erat subter illud.
Et decem cubitis quidam extrinsecus ce-
lature. quasi duobus versibus labium maris
circumabant. Boues autem erant fusiles. et
ipsum mare super duodecim boues im-
positum erat. quorum tres respiciebant ad
aquilonem et alij tres ad occidentem.
Porro alij tres meridie. et tres qui reli-
qui erant orientem. habentes mare super
positum. Posteriora autem boum erant in-
trinsecus sub mari. Porro vastitas eius
habebat mensuram palmi. et labium illius
erat quasi labium calicis vel repandi lilij
capiebatque tria milia metretas. Fecit quo-
que conchas decem et posuit quinq; a dex-
tris et quinq; a sinistris. vt lauaret in eis oia
quae in holocaustum oblaturi erant. Porro in

mari sacerdotes lauabant. Fecit autem et
candelabra aurea decem secundum speciem quam
iusserat fieri. et posuit ea in templo. quinq; a
dextris et quinq; a sinistris. Necnon et me-
sas decem. et posuit eas in templo. quinq; a
dextris et quinq; a sinistris. phialas quoque au-
reas centum. Fecit etiam atrium sacerdotum et
basilicam gradem et ostia in basilica quae terit
ere. Porro mare posuit in latere dextero
contra orientem ad meridiem. Fecit autem hira-
lebetas et creagras et phialas et conpleuit
omne opus regis in domo dei. hoc est co-
lumnas duas et epistilia et capita. et quasi
quidam retiacula quae capita tegerent super epi-
stilia. Malo granata quoque quingenta et re-
tiacula duo ita vt bini ordines malo-
granatorum singulis retiaculis iungeretur quae
protegerent epistilia et capita columnarum. Ba-
ses etiam fecit et conchas. quae supposuit
basibus. mare vnum. boues quoque duodecim
sub mari. et lebetes et creagras et phialas
Dia vasa fecit salomoni hira praeter eius in
domo domini ex ere mundissimo. In regio-
ne iordanis fudit ea rex in argillosa ter-
ra inter sochor et faredatha. Erat autem
multitudo vasorum innumerabilis ita vt
ignoscere pondus eris. Fecit quoque salomō
oia vasa domus dei. et altare aureum et men-
sas. et super eas panes positionis. Can-
delebra quoque cum lucernis suis vt luce-
rent ante oraculum iuxta ritum ex auro purissimo
et florentia quidam et lucernas et forcipes
aureos. Dia de auro mundissimo facta
sunt. Chimiamateria quoque et thuribu-
la et phialas et mortariola. ex auro puris-
simo. Et ostia celauit templi interioris. i.
in sancta sanctorum. et ostia templi forinsecus au-
rea. Sicque conpletum est omne opus quod fe-
cit salomō in domo domini.

IV
Intulit igitur salomon oia quae
uerat deus praeter suum argentum et au-
rum et vniuersa vasa posuit in the-
sauris domus domini. Post que congrega-
uit maiores natum israel. et electos principes
tribuum. et capita familiarum de filiis israel in
hierusalem. vt adducerent arcam federa-
tionis domini de ciuitate dauid quae est in sion. Ue-
nerunt itaque ad regem omnes viri israel in

Paralipomenon II

die solenni mēsis septimi. **Cūq;** venis-
sent cūcti senioꝝ israel. portauerūt leui-
te arcā. ⁊ intulerūt eā. ⁊ oēm paraturā
tabernaculi. Porro vasa sanctuarij que
erāt in tabernaculo portauerūt sacerdo-
tes cū leuitis. Rex autē salomon ⁊ vni-
uersus cētus israel. ⁊ om̄es q̄ fuerūt con-
gregati ante arcā. immolabāt arietes ⁊
boves absq; vllō nūero. **Tanta** em̄ erat
multitudo victimarū. **Et** intulerūt sa-
cerdotes arcā federis dñi in locū suum
id ē ad ozaculū tēpli in sc̄tā sc̄oꝝ subter
alas cherubin. ita vt cherubin expande-
rēt alas suas sup locū i quo posita erat
arca. ⁊ ipam arcā tegeter cū vctib; suis
Electi autē quib; portabatur arca. qz
paululū longiores erāt. capita parebāt
ante ozaculū. **Si** vō quis paululū fu-
isset extrinsecus eos videre nō poterat
Fuit itaq; area ibi vsq; in p̄ntē diē. **Ni-**
hilq; erat aliud in arca nisi due tabule.
quas posuerat moyses in oreb. qm̄ legez
dedit dñs filijs israel egrediētib; ex egipto
Egressis autē sacerdotib; de sanctuario.
omnes em̄ sacerdotes qui ibi potuerāt
inueniri sanctificati sunt. nec adhuc in
illo tpe vices et ministerioꝝ ordo inter
eos diuisus erat. tam leuite q̄ cātoꝝes.
id ē q̄ sub asaph erāt. ⁊ q̄ sub hēmā ⁊ q̄
sub idithun. filij ⁊ fratres eozꝝ vestiti
bifinis cimbali; ⁊ psalterijs ⁊ citharis
cōcrepabāt stantes ad orientalē plagā
altaris cū eis cantozes centum viginti
canentes tubis. **Igitur** cūctis pariter
⁊ tubis ⁊ voce cimbali; ⁊ organis ⁊ di-
uersi generis musicoꝝ cōcimentib; ⁊ vo-
cem in sublime tollentib; longe sonit⁹
audiebatur. ita vt euz dñm laudare ce-
pissent ⁊ dicere. **Confitemini** dño qm̄
honus quoniaz in eternuz misericordia
eius: impleretur domus dei nube. ne
possent sacerdotes stare ⁊ ministrare pro-
pter caliginem. **Cōpleuerat** em̄ gloria
domini domum dei.

CVI

Unc salomō ait. **Dñs** pollici-
tus est vt habitaret in caligine
ego autē edificauī domū nomi-
ni eius. vt habitaret ibi imppetuū. **Et**

cōuertit rex faciē suam. ⁊ benedixit vni-
uerse multitudini israel. **Nā** omnis tur-
ba stabat intenta. ⁊ ait. **Bñdictus** dñs
deus israel. q̄ qd locutus ē dauid p̄ri meo
ope cōpleuit dicēs. **A** die qua eduxi po-
pulū meū de terra egipti. nō elegi ciui-
tatem de cūctis tribub; israel vt edifica-
res in ea dom⁹ noi meo. nec elegi quen-
q̄ aliū virū vt eēt dur in poplo meo israel.
sed elegi hierlm vt sit nomē meū in ea
⁊ elegi dauid vt cōstituerem eū sup po-
pulū meū israel. **Cūq;** fuisset volunta-
tis dauid p̄ris mei vt edificaret domū
nomini dñi dei israel. dixit dñs ad eum
Quia hec fuit voluntas tua vt edifica-
res domū nomini meo. bene quidez fe-
cisti huiuscemodi habere voluntatē. sed
nō tu edificabis mihi domū. **Ueruntñ**
filius tuus q̄ egrediet de lūbis tuis ipse
edificabit domū noi meo. **Cōpleuit** er-
go dñs s̄monē suū quē locutus fuerat
⁊ ego surrexi p̄ dō p̄re meo ⁊ sedi super
thronū israel sicut locutus ē dñs. ⁊ edifi-
caui domū noi dñi dei israel ⁊ posui i ea
arcā in q̄ ē pactū dñi qd pepigit cum fi-
lij; israel. **Stetit** ergo corā altare dñi ex
aduerso vniuerse multitudinis israel.
⁊ extendit manus suas. **Siquidē** fece-
rat salomō basim. enēā ⁊ posuerat eam
in medio basilice hñtem qnq; cubitos
longitudinis ⁊ qnq; latitudinis. ⁊ tres
cubitos altitudinis. **Stetitq;** sup eā ⁊
deinceps flexis gemib; vltra vniuersam
multitudinē israel. ⁊ palmis in celū leua-
tis ait. **Dñe** deus israel. nō ē similis tui
deus in celo ⁊ in terra q̄ custodis pactū
⁊ misericordiā cū seruis tuis qui ambu-
lant corā te in toto corde suo q̄ p̄stitisti
seruo tuo dauid patri meo quecūq; lo-
cutus fueras ei. ⁊ que ore p̄miseras o-
pere cōplesti. sicut ⁊ p̄ns tps p̄bat. **Nūc**
ergo dñe deus israel imple suo tuo pa-
tri meo dauid quecūq; locutus es di-
cens. **Nō** deficiet ex te vir corā me q̄ se-
deat sup thronuz israel. ita tñ si custodie-
rint filij tui vias meas et ābulauerint i
lege mea. sicut ⁊ tu ambulasti corā me.
Et tūc dñe deus israel firmetur sermo

tuis que locutus es seruo tuo dauid.
Ergo ne credibile est ut habitet deus cum
hominibus super terram. Si celum et celi celorum non
te capiunt. quomodo magis domus ista quam
edificauimus. Sed ad hoc tamen facta est. ut respicias
offensam serui tui et obsecrationem
eius domine deus meus. et audias preces quas
fundit famulus tuus coram te. ut aperias
oculos tuos super domum istam diebus
ac noctibus super locum in quo pollicitus es
ut inuocetur nomen tuum et exaudires ora-
tionem quam seruus tuus orat in eo. et ex-
audias preces famuli tui israel. Quicumque
orauerit in loco isto. exaudi de habitacu-
lo tuo. id est de celis. et propitiare. Si peccauerit
quisquam in proximum suum et iurare pro eius
paratus venerit sequi maledictio prostrin-
xerit coram altari in domo ista tu exaudi-
es de celo. et facies iudicium seruorum tuorum.
ita ut reddas iniquo viam suam in caput. pro
proximum ut vltiscaris iustum retribuens ei secundum
iusticiam suam. Si superatus fuerit populus tuus
israel ab inimicis. peccabunt enim tibi et con-
uerterentur si egerint penitentiam. et obsecrauerint
nomen tuum. et fuerint deprecati te in loco
isto. tu exaudies de celo propitiare pecca-
to populi tui israel. et reduc eos in terram quam
dedisti eis et patribus eorum. Si clauso celo
pluuia non fluxerit propter peccata populi
tui. et deprecati te fuerint in loco isto. et con-
fessio nominis tui. et conuersi a peccatis suis cum
eos afflixerit. exaudi de celo domine. et dimitte
te peccata seruorum tuorum et populi tui israel. et do-
ce eos viam bonam. per quam ingrediatur et da-
pluuia terre quam dedisti populo tuo ad
possidendum. Fames si orta fuerit in ter-
ra et pestilentia. erugo et aurugo et locusta
et bruchus. et hostis vastatis regionibus
portas obsederint ciuitatis. omnesque plaga
et infirmitas prostrinxerit. si quis de populo tuo is-
rael fuerit deprecatus. cognoscet plagam
et infirmitatem suam. et expandet manus
suas in domo hac. tu exaudies de celo de
sublimi. scilicet habitaculo tuo et propitiare. et
redde unicuique secundum vias suas. quas no-
stis enim habere in corde suo. Tu enim solus no-
stis corda filiorum hominum ut timeant te et am-
bulent in vijs tuis cunctis diebus. quibus

viuent super faciem terre quam dedisti patribus
nostris. **E**ternum quoque quod non est de popu-
lo tuo israel. si venerit de terra longinqua
propter nomen tuum magnum et propter ma-
num tuam robustam. et brachium tuum exercitum.
et adorauerit in loco isto. tu exaudies de
celo firmissimo habitaculo tuo. et facies
cuncta pro quibus inuocauerit te ille pere-
grinus. ut sciant omnes populi terre no-
men tuum et timeant te sicut populus tuus
israel et cognoscant quod nomen tuum inuocatum
est super domum hanc quam edificauimus nomi-
ni tuo. Si egressus fuerit populus tuus ad
bellum contra aduersarios suos per viam in qua mi-
seris eos adorabunt te contra viam in qua ciui-
tas hec est quam elegisti. et domum quam edifi-
caui nomini tuo. ut exaudias de celo pre-
ces eorum et obsecrationem. et vltiscaris. si
autem peccauerint tibi. neque enim est homo qui
non peccet. et iratus fueris eis. et tradi-
deris hostibus. et captiuos duxerint eos in
terram longinquam. vel certe que iuxta est.
et conuersi in corde suo in terra ad quam
captiuum ducti fuerint egerint penitentiam
et deprecati fuerint in terra captiuitatis sue.
dicentes. peccauimus iniquum fecimus. iniu-
ste egimus. et reuersi fuerint ad te in toto
corde suo. et tota anima sua in terra captiui-
tatis sue ad quam ducti sunt adorabunt
te contra viam terre sue quam dedisti patribus eorum
et urbis quam elegisti et domum quam edifi-
caui nomini tuo. ut exaudias de celo hoc est
de firmo habitaculo tuo preces eorum. et fa-
cias iudicium. et dimittas populo tuo quem quis
peccatori. Tu es enim deus meus. **A**peri-
antur quasi oculus tui et aures tue intente
sint ad orationem quam fit in loco isto. Nunc
igitur surge domine deus in requiem tuam. tu et
arca fortitudinis tue. **S**acerdotes tui
domine deus induant salutem. et sancti tui le-
tentur in bonis. Domine deus meus ne auer-
teris faciem christi tui. **M**emento misericor-
diarum dauid serui tui.

Cumque contempsisset salomō fundere
preces. ignis descendit de celo. et de-
uorauit holocausta et victimas
et maiestas domini impleuit domum. nec poterat
sacerdotes ingredi templum domini. eo

Paralipomenon II

et impleset maiestas domini templum domini.
Ded et omnes filii israel videbant descendentes
 ignem et gloriam domini super domum. et corruentes
 prostrati in terra super pavementum stratum lapide adorauerunt
 et laudauerunt dominum. quoniam bonus. quoniam in seculum. misericordia
 eius. Rex autem et omnes populus imolabant victimas coram domino.
Mactantur igitur rex salomon hostias boni vigintiduo milia.
 arietum centum viginti milia. et dedit curavit domum dei rex et uniuersus populus.
Sacerdotes autem stabant in officijs suis et leuite in organjs carminum domini. quod fecit
 deus rex ad laudandum dominum. quoniam bonus quoniam
 in eternum misericordia eius. hymnos deus canentes per manum
 suas. Porro sacerdotes cantabant tibi ante eos. cunctusque israel
 stabat. **S**anctificauit quoque salomon medium atrij ante
 templum domini. **O**brulerat. n. ibi holocausta et adipes
 pacificorum. quod altare enei quod fecerat non poterat
 sustinere holocausta et sacrificia et adipes pacificorum.
Fecit ergo salomon solemnitate in tempore illo septem diebus
 et omnis israel cum eo. ecclesia magis valde. ab itinere
 emath usque ad torrentem egypti. fecitque die octauo
 collectam eo quod dedit altare septem diebus. et solemnitate
 celebrasset diebus septem. **I**gitur in die vicesimo
 mense septimi. dimisit populos ad tabernacula sua.
 letantes atque gaudentes super honore quod fecerat dominus deus et salomoni
 et israel populo suo. **C**onpleuitque salomon domum domini.
 et domum regis et omnia que disposuerat in corde suo
 ut faceret in domo domini et in domo sua. et prospatus est.
Apparuit autem ei dominus nocte. et ait. **A**udiui orationem
 tuam. et elegi locum istum mihi in domum sacrificij.
Si clausero celum et pluuia non fluxerit et mandauero
 et precepero locuste ut deuoret frum et misero pestilentiam
 in populum meum. conuersus autem populus meus super
 quod inuocatum est nomen meum. deprecatus me fuerit.
 et eriguerit faciem meam. et egerit penitentiam a
 visis suis pessimis. et ego exaudiam de celo. et propitius
 ero peccatis eorum. et sanabo frum eorum. **O**culi quoque
 mei erunt aperti. et aures mee erecte. et orationem eius
 quam in loco isto orauerit. **E**legi. n. et sanctificauit locum

cum istum sit nomen meum ibi in sempiternum
 et permaneat oculi mei et cor meum cunctis diebus.
Tu quoque si ambulaueris coram me sicut ambulauit
 deus pater tuus et feceris iuxta omnia que precepi tibi.
 et iusticias meas iudicia que seruaeris. suscitabo thronum
 regni tui sicut pollicitus sum deus patri tuo dicens.
Non auferes de stirpe tua virum. qui non sit princeps
 in israel. **S**i autem auersi fueritis et dereliqueris
 iusticias meas et precepta mea que proposui tibi.
 et abeueris serueritis dijs alienis. et adoraueris
 eos. euellam vos de terra mea quam dedi tibi
 et domum hanc quam edificauit nomen meum
 prope a facie mea. et tradam eam in palam
 et in exemplum cunctis populis. et domus ista
 erit in proverbium uniuersis transiitibus
 et dicent stupentes. **Q**uare fecit dominus
 sic terre huic et domui huic. **R**espondebitque.
 Quia dereliquerunt dominum deum patrum
 suorum quem eduxit eos de terra egypti. et
 apprehederunt deos alienos et adorauerunt
 eos et coluerunt. idcirco uenerunt super
 eos uniuersa hec mala. **VIII**
Ampleris autem viginti annis postquam
 edificauit salomon domum domini et domum
 suam. ciuitates que dederat heri salomoni
 edificauit et habitare ibi fecit filios israel.
Abiit quoque in emath suba. obtinuit eam
 et edificauit palmiram in deserto. et alias
 ciuitates munitissimas edificauit in emath.
Extruxitque bethoron superiorem et bethoron
 inferiorem. ciuitates muratas. hirtes portas
 et rectes et seras balath etiam et omnes
 vrbes firmissimas que fuerunt salomonis
 cunctasque vrbes quadrigarum et vrbes
 equitum. **O**mnia quecumque voluit fecit
 rex salomon atque diu posuit. edificauit in
 hierusalem et in libano. et in uniuersa
 terra partatis sue. **O**mnem populum qui
 derelictus fuerat de ethiis et amorreis
 et phereis et eueis et iebuseis. qui non
 erant de stirpe israel. de filiis eorum et
 de posteris quos non interfecerat filius
 israel. subiugauit salomon in tributarios
 usque in diem hanc. Porro de filiis israel
 non posuit ut serueret opibus regis. **I**psi
 enim erant viri bellatores et duces primi.
 et principes quadrigarum et equitum

eius. Omnes autē principes exercitus regis salomonis fuerūt ducētī q̄nquaginta q̄ erudiebāt pplm. Filiā vero pharaonis trāstulit de ciuitate dauid in domū quam edificauerat ei. Dixit em̄ rex. **Nō** habitabit vxor mea in domo dauid regis isrl̄ eoq̄ sanctificata sit. q̄ ingressa ē in eā arca dñi. Tūc obtulit salomō holocausta domino super altare domini quod extruxerat ante porticū. vt per singulos dies offerret in eo iuxta p̄ceptū moysi in sabbatis et in kalendis et in festis diebus ter p̄ annū. i. in solennitate asimorum et solennitate hebdomadarū et in solennitate tabernaculorū. Et cōstituit iuxta dispositionē dauid patris sui officia sacerdotū i ministerijs suis et leuitas in ordine suo. vt laudarent et ministrarent coram sacerdotibz iuxta ritū vnus cuiusq̄ diei. et ianitores in diuisionibz suis p̄ portam et portas. Sic em̄ preceperat dauid homo dei. Nec pretergressi sunt de mādatis regis tam sacerdotes quā leuite ex omnibus que p̄ceperat et in custodijs thesaurorū om̄es impensas prepatas habuit salomon. ex eo die quo fundauit domū dñi vsq̄ in diē q̄ p̄fecit eā. Tūc abiit salomon in asiongaber. et in hailath. ad oram maris rubri que ē in terra edom. Misit ḡ ei hirā per manus seruorū suorū naues et nautas gnaros maris. et abierūt cū seruis salomonis in ophir. Tulerūt inde quadringenta quinquaginta talenta auri et attulerūt ad regem salomonem. **CIX**

Regina quoq̄ saba cum audisset famam salomonis. venit vt tēptaret eum in enigmatibz in hierlm̄. cū magnis opibz et camelis qui portabant aromata et auri plurimū gemasq̄ preciosas. Cūq̄ venisset ad salomonem. locuta est ei quecūq̄ erāt in corde suo. Et exposuit ei salomon om̄ia q̄ proposuerat nec quicq̄ fuit quod nō p̄spicuū ei fecerit. Que postq̄ vidit sapientiam. s. salomonis. et domum quā edificauerat. nec non et cibaria mēse ei et habitacula seruorū. et officia ministro-

rum eius et vestimenta eorū. pincernas q̄ vestes eorū. et victimas quas imolabat in domo dñi. nō erat p̄re stupore ultra in ea spūs. Dixitq̄ ad regem. **U**erus est sermo quem audieram in terra mea. de virtutibus et sapientia tua. **Nō** credebā narrantibz donec ip̄a venissem et vidissem oculi mei et probassem vix medietatē sapiētie tue mihi fuisse narratam. **V**icisti famam virtutibz tuis. **B**eati viri tui et beati serui tui hi q̄ assistunt coram te omni tempore et audiūt sapiētiam tuā. **S**it dominus deus tuus b̄ndictus qui voluit te ordinare super thronū suum regē domini dei tui. **Q**uia diligit deus israhel. et vult seruare eum in eternū. idcirco posuit te super eū regem vt facias iudicia atq̄ iusticiam. **D**edit autē regi centū viginti talēta auri. et aromata multa nimis. et gemas p̄ciosissimas. **Nō** fuerūt aromata talia. vt hec q̄ dedit regina saba regi salomonis. **S**ed et serui hirā cū seruis salomonis attulerūt aurū. de ophir et ligna tinā. et gemmas p̄ciosissimas. **D**e quibz fecit rex de lignis. s. tinis gradus in domo dñi et in domo regia. citharas q̄ et psalteria cantoribz. **N**ūcq̄ visa sunt in terra iuda ligna talia. **R**ex autē salomō dedit regine saba cuncta q̄ voluit et q̄ postulauit et multo plura q̄ attulerat ad eū. **Q**ue reuertā abiit in terram suam cū seruis suis. **E**rat autē pondus auri qd̄ afferabatur salomoni per singulos annos sexcenta sexaginta sex talenta auri. excepta ea summa quā legati diuersarū gentiū et negociatores afferre cōsueuerāt om̄esq̄ reges arabie et satrape trāz qui cōportabāt aurū et argentū salomonis. **F**ecit rex salomō ducētas hastas aureas. de summa sexcentorum aureorū. qui in singulis hastis expendebant. trecenta q̄ scuta aurea trecentorū aureorū quibz tegebant singula scuta. **P**osuitq̄ ea rex in armētario qd̄ erat consitus nemore. **F**ecit q̄ rex solium eburneū grande. et vestiuit illud auro mundissimo. **S**ex q̄ gradus qb̄ ascendebatur

Paralipomenon II

ad solium et scabellum aureum. et brachiola duo altrinsecus. et duos leones stantes iuxta brachiola sed et alios duodecim leuculos stantes super tres gradus ex utraque parte. Non fuit tale solium in vniuersis regnis. Omnia quoque vasa conuiuij regis erant aurea. et vasa domus saltus libani ex auro purissimo. Argentum enim in diebus illis pro nihilo reputabatur. Si quidem naues regis ibant in tharsis cum seruis hiram. semel in annis tribus. et deferrebant inde aurum et argentum et ebur et simias et pauos. Magnificatus est igitur salomon super omnes reges terre pro diuitijs et gloria. Omnesque reges terrarum desiderabant videre faciem salomonis. ut audirent sapientiam quam dederat deus in corde eius. Et deferrebant ei munera. vasa argentea et aurea. et vestes et arma et aromata equorum et mulos pro singulis annis. Habuit quoque salomon quadraginta milia equorum in stabulis. et currum equorum duodecim milia. Constituitque eos in urbibus quadraginta et vbi erat rex in hierusalem. Creauit etiam potestatem super cunctos reges a flumine eufrate usque ad terram philistinorum et usque ad terminos egipti. Tantamque copiam prebuit argenti in hierusalem quasi lapidum et cedrorum tantam multitudinem velut sicomorum que gignuntur in campis tribus. Adducebantur autem ei equi de egipto. cum et ceteris regionibus. Reliqua autem opera salomonis priorum et nouissimorum scripta sunt in verbis nathan prophete. et in libris abie filonitis in visione quoque addo videntis contra hierosolimam filium nabath. Regis autem salomon in hierusalem super omnem israel. quadraginta annis. Dormiuitque cum patribus suis. et sepelierunt eum in ciuitate dauid. regnauitque robam filius eius pro eo.

Profectus est autem robam in siche et illuc enim cunctus israel conuenerat ut constituerent eum regem. Quod cum audisset hierosolyma filius nabath qui erat in egipto. fuerat quippe illuc annis salomonem. statim reuersus est. Et locaueruntque eum et venit cum vniuerso israel.

et locuti sunt ad robam dicentes. Pater tuus durissimo iugo nos premit tu leuioza impa patre tuo qui nobis imposuit grauem seruitutem. et paululum te onere subleuauit seruiamus tibi. Qui ait. Post tres dies reuertimini ad me. Cum abisset populus. inijt consiliu cum senibus qui steterant coram patre eius salomone dum adhuc viueret dicens. Quid datis consilij ut respondeam populo. Qui dixerunt ei. Si placueris populo huic et limaris eos verbis clementibus seruient tibi omni tempore. At ille reliquit consiliu senum. et cum iuuenibus tractare cepit quod cum eo nutriti fuerant. et erant in comitatu illius. Dixitque ad eos. Quid vobis videtur vultis respondere quod deo populo huic quod dixit michi. subleua iugum quod imposuit nobis pater tuus. At illi responderunt ut iuuenes et nutriti cum eo in delictis atque dixerunt. Sic loquaris populo qui dixit tibi. pater tuus et grauauit iugum nostrum. tu subleua et respondebis ei. Minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei. Pater meus imposuit vobis graue iugum et ego maius pondus apponam. Pater meus cecidit vos flagellis. ego vero cedam vobis scorpionibus. Venit ergo hierosolymam et vniuersus populus ad robam die tercio. sicut precepit eis. Responditque rex dura derelicto consilio seniorum. locutusque est iuxta iuueniu voluntatem. Pater meus grauero bis imposuit iugum quod ego grauius faciam. Pater meus cecidit vos flagellis. ego vero cedam vobis scorpionibus. Et non acceperunt populi precibus. Erat enim voluntatis dei. ut compleret sermo eius quem locutus fuerat pro manu abie filonitis ad hierosolimam filium nabath. Populus autem vniuersus rege duriora dicente. sic locutus est ad eum. Non est nobis pars in dauid. neque hereditas in filio isai. Reuertere in tabernacula tua israel. Tu autem pasce domum tuam dauid. et abiit israel in tabernacula sua. Super filios autem israel qui habitabant in ciuitatibus iuda regnauit robam. Misitque rex robam aduram qui preerat tributis. et lapidauerunt eum filij

israel. et mortuus est. Porro rex robam
currū festinauit ascendere. et fugit in hie
rusalem. Recessitque isrl a domo dō vsq̄
ad diē hāc. Factū ē autē cū audisset oīs
isrl q̄ reuersus eēt hierobam. miserūt
et vocauerūt eum cōgregato ceru et con
stituerūt eū regem sup omnē israel. nec
secutus est quispiā domū dauid preter
tribū iudam solam.

XI
Uenit autē robā in hierusalem
et cōuocauit vniuersam domuz
iuda et beniamin centum octo
ginta milia electoz atq̄ bellantiū vt di
micaret cōtra israel et conuerteret ad se
regnū suū. Factusq̄ ē sermo dñi ad se
meiam hōiem dei dicens. loquere ad ro
bam filiū salomonis regem iuda et ad
vniuersum isrl qui est in iuda et benia
min. **Hec dicit dñs.** Nō ascēderis neq̄
pugnabitis p̄tra fratres vestros. reuer
tatur vnusquisq̄ in domū suā. qz mea
hoc gestū est voluntate. Qui cum audis
sent sermonē dñi reuersi sunt. nec per
reuerūt in hierobā. Habitauit autē robo
am in hierlm. et edificauit ciuitates mu
ratas in iuda. extruxitq̄ bethleē et ethā
et thecue. bethsur q̄z et socco et odollā nec
nō et geth et marela et ciph. sed et adurā
et lachis et asecha. faras q̄z et abialō et he
bron que erant in iuda et beniamin ciui
tates munitissimas. **Cunq̄ clauisset**
eas muris. posuit in eis p̄ncipes cib
rūq̄ horrea. hoc ē olei et vini. **Sed et in**
singulis vrbibz fecit armamētaria scu
torū et hastaz firmavitq̄ eas summa di
ligentia et impauit super iudam et benia
min. **Sacerdotes autē et leuite q̄ erāt in**
vniuerso isrl. venerūt ad eum de cūctis
sedibz suis. relinquentes suburbana et
possessiones suas et rāseuntes ad iudā
et hierusalem. eo q̄ abiecisset eos hie
robā et posteri ei ne sacerdotio dñi fun
gerentur. qui constituit sibi sacerdotes
excelsorū et demonioz vitulorūq̄ quos
fecerat. **Sed et de cūctis tribubz israel**
quicūq̄ dederāt cor suū vt q̄rerēt dñm
deū isrl. venerūt in hierlm ad immolan
dū victimas suas corā dño deo patruz

suoz. et robauerūt regnū iuda. et cōfir
mauerūt robam filiū salomōis p̄ tres
annos. **Ambulauerūt em̄ in vñs dō et**
salomonis annis tm̄ tribz. **Duxit autēz**
robam vxorē. malaath filiā hierimuth
flij dauid. abiaīl q̄z filiā heliab. filij isai
q̄ peperit ei filios. ieos et sommoziam et
coom. **Post hancq̄z accepit maachā fi**
liā absalon. q̄ pepit ei abia et abi et sifa et
salimith. **Amavit autē robā maacham**
filiā absalon. et sup om̄es vxores suas et
cōcubinas. **Nā vxores decē et octo duxe**
rat. cōcubinas autē sexaginta. et genuit vi
ginti octo filios et sexaginta filias. **Con**
stituit dō in capite abia filiaz maacha
duce sup om̄es fr̄es suos. ipm em̄ regē
facere cogitabat. qz sapiētior fuit et potē
tior sup oēs filios eius. et in cūctis fini
bus iuda et beniamin et vniuersis ciuita
tibz muratis. **Prebuitq̄ eis escas plus**
rimas. et multas petiuit vxores. **XII**
Cunq̄ robazatū fuisset regnum
robam et cōfortatū. dereliquit
legē dñi et oīs israel cū eo. **An**
no autē q̄nto regni robam. ascēdit sesac
rex egipti in hierlm qz peccauerāt dño.
cū mille duētis curribz et sexaginta mi
libus equitū. nec erat numerus vulgi
q̄d venerat cū eo ex egipto. libies scz et
trogodite et ethiopes. cepitq̄ ciuitates
munitissimas in iuda. et venit vsq̄ in hie
rusalem. **Semeias autē p̄pheta ingres**
sus ē ad robā et p̄ncipes iuda. q̄ cōgre
gati fuerant in hierlm fugientes sesac.
dixitq̄ ad eos. **Hec dicit dñs.** Vos res
liquistis me. et ego reliqui vos in manu
sesac. **Cōsternatiq̄ p̄ncipes israel et rex**
dixerūt. **Iustus ē dñs.** **Cunq̄ vidisset**
dñs q̄ humiliati essent. factus ē sermo
dñi ad semeiaz dicens. **Quia humiliati**
sunt nō disp̄daz eos. daboq̄ eis pauxil
lū auxiliij. et nō stillabit furor meus sup
hierlm per manū sesac. **Verūtū fuerit**
ei. vt sciāt distantia seruiturū mee et ser
uitutis regni terraz. **Recessit itaq̄ se**
sac rex egipti ab hierusalē sublati the
sauris domus dñi et domus regis. oīa
q̄z secum tulit. et clipeos aureos q̄z fece

Paralipomenon II

rat salomoni. pro quibus fecit rex eneas et tradidit illos principibus scutariorum qui custodiebant vestibulum palatii. Cumque introiret rex domum dei. et veniebant scutarij et tollebat eos. iterumque referebat eos ad armamentarium suum. Uerum tamen quod humiliati sunt. lauersa est ab eis ira domini nec deleti sunt penitus. Sicque et in iuda inueniuntur opa bona. Cosoratus est rex robam in hierusalem atque regnavit. Quadraginta autem et unius anni erat cum regnare cepisset. et decem et septem annis regnavit in hierusalem urbe quam elegit dominus. ut confirmaret nomen suum ibi. de cunctis tribubus israel. Nomen autem matris eius naama amanites. Fecitque malum et non propauit cor suum ut quereretur dominum. Opa vero robam prima et nouissima scripta sunt in libris semeie prophete. et addo videtis. et diligenter exposita. pugnaueruntque aduersum se robam et hierobam cunctis diebus. Et dormiuit robam cum patribus suis. sepultusque est in ciuitate domus. et regnavit abia filius eius pro eo. **XIII**

Anno octauodecimo regis hierobam regnavit abia super iudam. Tribus annis regnavit in hierusalem. Nomenque matris eius michaia. filia vriel de gabaa. et erat bellum inter abiam et hierobam. Cum inisset abia certamen. et haberet bellicosissimos viros et electorum quadraginta milia. hierobam destruxit contra aciem octoginta milia viros qui et ipsi electi erant et ad bella fortissimi. Stetit ergo abia super montem semeron. quem erat in ephraim et ait. Audi hierobam et omnes israel. Num ignoratis quod dominus deus israel dederit regnum dauid super israel in sempiternum. ipsi et filij eius in pactum salis. Et surrexit hierobam filius nabath seruus salomonis filij dauid. et rebellauit contra dominum suum. Congregati sunt ad eum viri vanissimi et filij belial. et preualuerunt contra robam filium salomonis. Porro robam erat rudis et corde pauido. nec potuit resistere eis. Nunc ergo vos dicitis quod resistere possitis regno domini quod possidet

per filios domus. Habetisque gradum populi multitudinem. atque vitulos aureos quos fecit vobis hierobam in deos. Et eiecistis sacerdotes domini filios aaron atque leuitas et fecistis vobis sacerdotes sicut omnes populi terrarum. Quicumque venerit et inuenerit manum suam in tauro. in bubus et in arietibus sepre. fit sacerdos eorum qui non sunt domini. Noster autem dominus deus est quem non relinquimus. Sacerdotesque ministrant domino de filiis aaron. et leuite sunt in ordine suo. holocausta quoque offerunt domino per singulos dies mane et vespere. et thymiamata iuxta legis precepta confectum et proponuntur panes in mensa mundissima. Estque apud nos candelabrum aureum. et lucernae eius. ut accendantur spiritus ad vespere ram. Nos quippe custodimus precepta domini dei nostri. quem vos reliquistis. Ergo in exercitu nostro dux deus est. et sacerdotes eius qui clangunt tubis et resonant contra vos. Filij israel nolite pugnare contra dominum deum patrum vestrorum. quod non vobis expedit. Hoc illo loquente. hierobam retro moliebat insidias. Cumque ex aduerso ostium staret. ignorantem iudam suo ambigebat exercitu. Respicensque iudas vidit instare bellum ex aduerso et post tergum. et clamauit ad dominum. sacerdotes tubis canere ceperunt. omnesque viri iuda vociferati sunt. Et ecce illis clamantibus perterruit deus hierobam et omnem israel qui stabat ex aduerso abiam et iuda fugeruntque filij israel iudam et tradidit eos in manus eorum. Percussit ergo abiam et populus eius plaga magna. et corruerunt vulnerati ex israel quinquaginta milia virorum fortium. Humiliati sunt filij israel in tempore illo. et vexatissime perfortati filij iuda. eo quod sperassent in domino deo patrum suorum. Persecutus est autem abiam fugientem hierobam. et cepit ciuitates eius bethel et filias eius et hiesana cum filiabus suis effron quibus et filias eius. Nec valuit ultra resistere hierobam in diebus abiam. Quem percussit dominus et mortuus est. Igitur abiam perfortato impio suo. accepit viros quatuordecim procreauitque vigintiduos

filios. 7 sedecim filias. Reliq̄ aut̄ sm̄o
nū abia viarūq̄ et operum eius scripta
sunt diligētissime in libro addop̄phete.
Dormiuit aut̄ abia **XIII**
cum p̄ribus suis 7 sepelierunt
eum in ciuitate dauid. Regna
uitq̄ asa filius eius p̄ eo. In cuius die
bus quieuit terra annis decem. Fecit q̄
asa quod bonū 7 placitum erat in cōspe
ctu dei sui. 7 subuertit altaria peregrini
cultus 7 excelsa. 7 confregit statuas lu
cosq̄ succidit. 7 p̄cepit iude vt quere
ret dñm deū patrū suoz 7 facerent legē
7 vniuersa mandata. Et abstulit de cū
ctis vrbibz iuda. aras 7 phana. 7 regna
uit in pace. Edificauit quoq̄ vrbes mu
nitas in iuda. quia quietus erat 7 nul
la t̄pibz eius bella surrexerāt pacez dño
largiente. Dixit aut̄ iude. Edificemus
ciuitates istas. 7 vallemus muris. 7 ro
boremus turribz 7 portis 7 seris. donec
a bellis quieta sunt omnia. eo q̄ que fie
rimus dñm deū patrū nostroz. 7 dede
rit nobis pacem p̄ girum. Edificauit
igit̄ 7 nullū in extruēdo impedimentuz
fuit. Habuit aut̄ asa in exercitu suo por
tantū scuta 7 hastas de iuda crecēta mi
lia. de beniamin vero scutarioz et sagit
tarioz ducenta octoginta milia. Desq̄
isti viri fortissimi. Egressus est autē cō
tra eos sara ethiops cuz exercitu suo de
cies centena milia et euribus trecētis
7 venit vsq̄ maresa. Porro asa perrexit
obuiam ei. 7 instruxit aciem ad bellū in
valle sephata que est iuxta maresa. 7 in
uocauit dominū deū 7 ait. Domine nō
est apud te vlla distantia. vtruz in pau
cis auxiliaris aut in pluribz. adiua nos
dñe deus noster. In te em̄ 7 in tuo no
mine habentes fiduciā venimus p̄ hāc
multitudinē. Dñe deus n̄ tu es. nō p̄
ualeat p̄ te hō. Exterruit itaq̄ dñs ethi
opes corā asa 7 iuda. Fugeruntq̄ ethio
pes. 7 p̄secutus est eos asa 7 populus q̄
cum eo erat vsq̄ gerara. Et irruerunt
ethiopes vsq̄ ad internitionem qz dño
cedēte cōtriti sunt. 7 exercitu illius plis
ante. Tulerūt ergo spolia multa. Et p̄

cusserūt ciuitates oēs p̄ circūitū gera
re. Grandis q̄ppe cūctos terror inuase
rat. Et diripuerūt vrbes 7 multaz p̄dā
asportauerūt. s; 7 caulas ouīū destruetes
tulerūtq̄ pecoz infinitā multitudinē 7
cameloz. reuerfiq̄ sunt in hierlm̄. **XV**
Harias autē filius obeth factō
in se spū dei. egressus ē in occur
sum asa. et dixit ei. Audite me
asa. 7 om̄is iuda 7 beniamin. Dñs vobi
biscū qui fuistis cū eo. Si q̄ fueritis euz
inuenietis. Si aut̄ dereliquitis eū. de
relinquet vos. Trā sibiūt aut̄ multi die
es in israel absq̄ deo vero 7 absq̄ sacra
dote. absq̄ doctore q̄z 7 absq̄ lege. Cū
q̄ reuersi fuerint in angustia sua. 7 cla
mauerint ad dñm deū isrl. 7 q̄ fuerit eū.
repiet eū. In t̄pe illo nō erit par egre
dienti 7 ingrediēti. sed terrores vndiq̄
in cūctis hitatozibz fraz. Pugnabit eī
gens p̄ gentē 7 ciuitas p̄ ciuitatē. quia
dñs p̄turbabit eos in oī angustia. vos q̄
p̄fortamini 7 nō dissoluāt manus v̄re.
erit em̄ merces op̄i v̄ro. Quō cū audis
asa verba. s. p̄phetia asarie filij obed pro
phete p̄fortatus ē. et abstulit idola de oī
terra iuda 7 de beniamin. 7 ex vrbibz q̄s
cepat montis ephraim 7 dedicauit alta
re dñi qd̄ erat añ porticum dñi. p̄grega
uitq̄ vniuersum iudā 7 beniamin. 7 ad
uenas cuz eis de ephraim 7 manasse et
de simeō. Plures. n. ad eū p̄fugerāt ex
isrl. vidētes qd̄ dñs deus illius esset cuz
eo. Cūq̄ venissent ī hierlm̄ mense ter
cio. anno decimoquinto regni asa. imo
lauerūt dño in die illa de manubiz. et
p̄dā quā adduxerāt. boues septingētos.
7 arietes septē milia. Et intrauit ex mo
re ad corrolozandū fedus. vt q̄rerēt do
minū deū patrū suoz ī toto corde et in
tota asa sua. Siq̄s autē inq̄t nō q̄ fuerit
dñm deū isrl. moziat̄ a minimo vsq̄ ad
maximū. a viro vsq̄ ad mulierē. Jura
uerūtq̄ dño voce magna in iubilo. 7 in
clangore tube 7 in fonitu buccinaz oēs
qui erant in iuda cū execratione. In oī
enim corde suo narrauerunt. et in tota
voluntate que fierūt eum. 7 inuenerūt

Paralipomenon II

Prestititq; eis dñs regem p circumiti
Sed et maachā mrem asa regis ex au-
gusto deposuit impio eo q fecisset in lu-
co simulacrū priapi qd omne cōtriuuit.
7 in frustra cōminuēs cōbussit in torren-
te cedron. Excelsa autē derelicta sunt in
israel. Attamē cor asa erat pfectum cū
ctis diebus eius. Eaq; q̄ rouerat pater
suus. 7 ipe intulit in domū dñi. argētū
7 aurū. vasozūq; diuersam suppellecti-
lem. Bellū vō non fuit vsq; ad tricesi-
mū annū regni asa.

XXVI

Anno autē tricesimosexto regni
eius. ascendit baasa rex isrl in
iudam 7 muro circundabat rā-
ma. vt nullus tute posset egredi 7 igre-
di de regno asa. Protulit autē asa argē-
tum 7 aurum de thesauris domus dñi.
7 de thesaurū regis. mi sitq; ad benadab
regem sirie. qui habitabat in damasco
dicens. Fedus inter me 7 te est. Pater
quoq; meus 7 pater tuus habuere con-
cordiā quāobrem misi tibi argentum 7
aurū. vt rupto federe qd habes cū baas-
sa rege isrl facias eū a me recedere. quo
cōperto benadab misit principes exerci-
tū suoz ad vrbes isrl. qui percusserunt
ahion 7 dan 7 abelmaim 7 vniuersas vr-
bes neptali in muratas. Qd̄ euz audis-
set baasa desijt edificare rama 7 itermi-
sit opus suū. Porro asa rex assumpsit
vniuersam iudam et tulerunt lapides
de rama 7 ligna que edificationi. prepa-
ruerat baasa edificauitq; ex eis gabaa 7
maspha. In tpe illo venit anā prophē-
ta ad asam regē iuda. et dixit ei. Quia
habuisti fiduciā in rege sirie 7 nō in do-
mino deo tuo. idcirco euasit sirie regis
exercitus de manu tua. Nōne ethiopes
et libies multo plures erāt quadrigis
7 equitibus 7 multitudine nimia. quos
cū in dño credidisset tradidit in manu
tua. Oculi em̄ dñi cōtemplāt vniuer-
sam terram. 7 p̄bent fortitudinez his q̄
corde pfecto credūt in eū. Stulte igi-
egisti. 7 ppter hoc etiam p̄nti tpe aduer-
sum te bella cōsurgēt. Iratusq; asa ad-
uersus videntē. iussit eū mittere i neruū

Ualde q̄ppe sup hoc fuerat dñs idigna-
tus 7 interfecit de p̄lo in tpe illo pluri-
mos. Opa autē asa p̄ma 7 nouissima
scripta sunt in libro regū iuda et israel.
Egrotauit etiā asa āno tricesimonono
regni sui. dolore pedū vehemētissimo. 7
nec in infirmitate sua q̄siuit dñm. sed
magis in medicorū arte cōsensus ē. Dor-
miuitq; cū p̄tib; suis. 7 mortuus ē āno
quadagesimoprimo regni sui. 7 sepeli-
erūt eum in sepulcro suo qd̄ foderat sibi
in ciuitate dauid. Posuerūtq; eum
super lectum suum plenum aromati-
bus 7 vnguentis meretricis que erāt
pigmentariorum arte confecta 7 p̄bus
serūt sup eū abitione nimia.

XXVII

Regnauit autē iosaphat filius
eius pro eo. 7 inualuit cōtra is-
rael. Cōstituitq; militū nume-
ros in cunctis vrbib; iuda q̄ erāt vallate
muris. p̄fidiāq; disposuit in terra iu-
da 7 in ciuitatib; ephraim quas ceperat
asa pater eius. Et fuit dominus cū ios-
aphat. quia ābulauit i v̄js dauid p̄tis
sui primis. 7 nō sperauit in baalim sed
in deo patris sui. 7 perrexit in preceptis
illius 7 non iuxta peccata israel. Cōstit-
mauitq; dñs regnū in manu eius 7 de-
dit om̄is iuda munera iosaphat. sacce-
q; sunt ei infinite diuitie 7 multa glia.
Cūq; sumpsisset cor eius audaciam. p̄-
pter vias domini. etiam excelsa 7 lucos
de iuda abstulit. Tercō autē anno regni
sui misit de principibus suis benail 7 ob-
diam 7 sachariam et nathanael et mi-
cheam vt docerent in ciuitatib; iuda et
cum eis leuitas semeiam 7 nathaniam
7 sabadiaz. asafel quoq; et semiramoth
7 ionathan adoniamq; 7 thobiam 7 to-
badoniā leuitas. et cū eis elisama et io-
ram sacerdotes. Docebātq; pplm in iu-
da. habentes librū legis domini. 7 cir-
cūibat cunctas vrbes iuda. atq; erudie-
bāt populū. Itaq; factus est pauor dñi
sup omnia regna terraz que erant per-
girum iuda. nec audebant bellare con-
tra iosaphat. Sed 7 philistei. iosaphat
munera deferebant. 7 rectigal argenti.

Arabes q̄ adducebat pecora arietū se-
ptē milia septingētos. et hircos totidē.
Creuit ḡ iosaphat ⁊ magnificat⁹ ē vsq̄
in sublimē. atq̄ in iuda domos ad istar
turrū. vrbesq̄ muratas. ⁊ multa opera
patrauit in vrbib⁹ iuda. Viri q̄ bellato-
res ⁊ robusti erāt in hierusalē quoz isse
numerus per domos atq̄ familias sin-
guloz. In iuda princeps exercit⁹ ednas
dux. et cū eo robustissimoz viri trecēta
milia. Post hūc iohannā princeps. et
cū eo ducēta octogita milia. Post illuz
quoq̄ amasias filius sechri cōsecratus
dño. ⁊ cū eo ducenta milia viroz fortū
Hunc seq̄batur robustus ad plia elia-
da ⁊ cū eo tenentiū arcū ⁊ clipeū ducen-
ta milia. Post istū etiā iosabad et cū eo
centū octoginta milia expeditoz militū
Hi oēs erant ad manū regis. exceptis
alijs quos psuerat in vrbib⁹ muratis.
⁊ in vniuerso iuda.

CXVIII

Huit ḡ iosaphat diues ⁊ iclitus
multū. ⁊ affinitate coniunctus est
achab. descēditq̄ post annos ad
eū in samariā. Ad cuius aduentū ma-
ctauit achab arietes ⁊ boues plurimos
ipi ⁊ p̄lo q̄ venerat cuz eo. psuasitq̄ illi
vt ascēderet in ramoth galaad. Dixitq̄
achab rex israel ad iosaphat regez iuda
Veni mecū in ramoth galaad. Cui ille
rēdit. Ut ego ⁊ tu. sicut p̄ls tuus sic ⁊
p̄ls meus. tecūq̄ erimus in bello. Dixit
iosaphat ad regē israel. Cōsule obse-
cro imp̄tiar⁹ s̄monē dñi. Cōgregauit
igit rex israel. p̄phetarū q̄dringentos vi-
ros ⁊ dixit ad eos. In ramoth galaad
ad bellandū ire debemus an q̄scere. at
illi ascēde inquit. ⁊ tradet deus in ma-
nu regis. dixitq̄ iosaphat. Nūqd nō est
hic p̄phetes dñi. vt ab illo etiā requira-
mus. Et ait rex israel ad iosaphat. Est
vir vn⁹ a q̄ possum⁹ q̄rere dñi volūtate
sed ego odi eū. q̄ non p̄phetat mihi bo-
nū. s̄ malū oī tpe. Est aut michas fili⁹
iemla. Dixitq̄ iosaphat. Ne loquaris ex
hoc mō. Vocauit ergo rex israel vnū de
eunuchis. ⁊ dixit ei. Voca cito micheam
filium iemla. Porro rex isrl ⁊ iosaphat

rex iuda vterq̄ sedebant in solio suo vt
siri cultu regio. Sedebāt autē in area
iuxta portam samarie. omnesq̄ p̄phete
vaticinebant corā eis. Sedechias ve-
ro fili⁹ chanana fecit sibi cornua ferrea
⁊ ait. Hec dicit dominus. Bis ventila-
bis siriā donec conteres eam. Omnesq̄
p̄phete similiter p̄phetabant atq̄ dice-
bant. Ascēde in ramoth galaad ⁊ pspa-
beris ⁊ tradet eos dñs in manu regis.
Nūcius autē q̄ ierat ad vocandū michē
am. ait illi. En verba oīm p̄phetaz vno
ore bona regi annūciāt. Queso ergo te
vt ⁊ sermo tuus ab eis non dissentiat.
loq̄ris pspa. Cui rēdit michas. Viuit
dominus. quia quodcūq̄ dixerit mihi
deus meus hoc loquar. Venit ergo ad
regez. Cui rex ait. Michas ire debemus
in ramoth galaad ad bellandū. an quie-
scere. Cui ille respōdit. Ascēdite: cūtra
em̄ prospera euenient ⁊ tradent hostes
in manus vestras. Dixitq̄ rex. Iterum
atq̄ itez te adiuro vt mihi nō loquaris
nisi quod verū est in nomine dñi. At il-
le ait. Vidi vniuersum isrl dispersum i
montibus sicut oues absq̄ pastore. Et
dixit dñs. Nō hnt isti dños. reuertatur
vnusquisq̄ in domū suā in pace. Et ait
rex israel ad iosaphat. Nōne dixi tibi q̄
nō p̄phetaret iste mihi quicūq̄ boni. sed
ea que mala sunt. At ille. idcirco ait au-
diente verbū domini. Vidi dominū se-
dentem in solio suo. ⁊ omne exercitū ce-
li assistentē ei a dextris ⁊ a sinistris. Et
dixit dñs. Quis decipiet achab regem
israel vt ascendat et corruat in ramoth
galaad. Cūq̄ diceret vnus hoc modo.
⁊ alter alio. processit sp̄s ⁊ stetit coram
dño ⁊ ait. Ego decipiam eum. Cui dñs
in quo inquit decipies. At ille respōdit.
Egrediar. ⁊ ero sp̄s mēdax in ore oīm
p̄phetarum eius. Dixitq̄ dñs. Deci-
pies ⁊ pualebis. egredere ⁊ fac ita. Nūc
igitur ecce dñs dedit spiritum menda-
cū in ore oīm p̄phetarū tuoz. ⁊ dñs lo-
cut⁹ ē de te mala. Accessit autē sedechias
fili⁹ chanana. ⁊ percussit michē maxillaz
⁊ ait. Per quā viam transiuit spiritus

Paralipomenon IX

dñi. a me vt loq̄retur tibi. Dixitq; mi-
chxas. Tu ip̄e videbis in die illo. qñ in-
gressus fueris cubiculū de cubiculo. vt
abscondaris. Precepit aut̄ rex isrl̄ dicēs
Tollite michxam ⁊ ducite eū ad ammō
principē ciuitatis et ad ioas filiū ama-
lech. et dicetis. Hec dicit rex. Vitteite
hūc in carcerē. ⁊ date ei panis modicū
⁊ aque pauillū donec reuertar in pace.
Dixitq; michxas. Si reuersus fueris
in pace. non ē dñs locutus in me. ⁊ ait.
Audite oēs ppli. Igit̄ ascenderūt rex is-
rael ⁊ iosaphat rex iuda in ramoth gala-
ath. dixitq; rex isrl̄ ad iosaphat. Mutas-
ty habitu ⁊ sic ad pugnā vadā. tu autē
induere vestib; tuis. Mutatoq; rex isrl̄
habitu venit ad bellū. Rex aut̄ sirie p̄ce-
perat ducib; equitatus sui dicens. Ne
pugnetis cōtra minimū aut p̄ maximū
nisi contra solū regem israel. itaq; cum
vidissent principes equitatus iosaphat
dixerūt. rex israel est iste. Et circūdede-
rūt eū dimicantes. At ille clamauit ad
dñm et auxiliatus ē ei. atq; auertit eos
ab illo. Cū em̄ vidissent duces equita-
tus qd̄ nō esset rex isrl̄. reliquerūt eum.
Accidit aut̄ vt vnus e populo sagittam
in incertū iaceret. ⁊ p̄cūteret regē israel
inter ceruicem ⁊ scapulas. At ille auris-
ge suo ait. Conuerte manū tuam ⁊ educ
me de acie. quia vulneratus sum. Et fi-
nita ē pugna in die illo. Porro rex isrl̄
stabat in curru suo contra siros vsq; ad
vesperā ⁊ mortuus est occidente sole.

Reuersus est aut̄ ioas. **CXIX**
saphat rex iuda in domū suam
pacifice i hierlm. Qui occurrit
iehu filius anani videns ⁊ ait ad eum.
Impio p̄tes auxiliū. et his qui oderūt
dñm amicitia iungeris et idcirco irā q̄
dem domini merebaris. sed bona opa
inuēta sunt in te eo qd̄ abstuleris lucos
de terra iuda. ⁊ p̄paueris cor tuū vt re-
quireretis dñm deū patrū tuorū. Habita-
bat ergo iosaphat in hierusalem. Rur-
sumq; egressus ē ad populū de bethabee
vsq; ad mōtē ephraim ⁊ reuocauit eos
ad dñm deū patrū suorū. cōstituitq; iu-

lices terre in cunctis ciuitatibus iuda
munitis p̄ singula loca. ⁊ precipiens iu-
dicib; videte ait quid faciatis. Nō em̄
his exercetis iudiciū sed dñi. ⁊ quodcū-
q; iudicaueritis in vos redūdabit. Sic
timor domini vobiscū ⁊ cum diligentia
cūcta facite. Nō ē em̄ apud dñm deum
nīm iniq̄tas. nec p̄sonarū acceptio. nec
cupido mīer. In hierlm quoq; p̄stitu-
it iosaphat leuitas ⁊ sacerdotes ⁊ prin-
cipes familiarū ex israel vt iudicium et
causam dñi iudicarent habitatorib; ei.
p̄cepitq; eis dicens. Sic agētis i timor
re dñi fideliter ⁊ corde perfecto. Omnē
causam q̄ venerit ad vos fratrū vestrorū
qui habitāt in vrbib; suis inter cogna-
tionē ⁊ cognationē vbicūq; questio est
de lege de mādato. de cerimonijs. de iu-
stificationib; ostendite eis vt nō peccēt
in dñm. ⁊ ne veniat ira sup̄ vos ⁊ super
fratres vestros. Sic ergo agentes non
peccabitis. Amarias aut̄ sacerdos ⁊ pō-
tifer vester in his que ad deū p̄tinēt p̄fi-
debit. Porro sabadias filius ismabel q̄
est dur in domo iuda super ea opa erit q̄
ad regis officium pertinent. Habetisq;
magistros leuitas coram vobis confor-
tamini ⁊ agite diligenter. ⁊ erit dominus
vobiscum in bonis. **CXX**

Post hec cōgregati sunt filij mo-
ab ⁊ filij ammon et cum eis de
ammonitis ad iosaphat vt pu-
gnarent cōtra eū. Veneruntq; nūcij et
indicauerunt iosaphat dicētes. Venit
contra te multitudo magna de his locis
que trans mare sunt ⁊ de siria ⁊ ecce cō-
sistūt in asa sonthamar. que est engad-
di. Josaphat autez timore perterritus
totum se contulit ad rogandum dñm.
⁊ p̄dicauit ieiuniū vniuerso iuda.
⁊ p̄dicauitq; est iudas ad deprecandū dñm
sed ⁊ omnes de vrbib; suis venerunt ad
obsecrandū eū. Cūq; stetisset iosaphat
in medio cetu iudeꝝ hierusalem in do-
mo dñi ante atriū nouū ait. Dñe deus
patrū nostrorū tu es deus in celo. ⁊ dñia-
ris cūctis regnis gentiū. In manu tua
est fortitudo ⁊ potentia. nec quisq; tibi

pōt resistere. **N**ōne tu deus nō interfe-
cisti omnes habitatores terre huius co-
ram p̄lo tuo isrl. ⁊ dedisti eā semī abra-
am amici tui in sempiternū. **H**abita-
uerūtq; ī ea ⁊ extruxerūt in illa sanctua-
riū noi tuo dicētes. **S**i irruerint super
nos mala. gladi⁹ iudicij. pestilentia et fa-
mes. stabim⁹ corā domo hac in ospectu
tuo. in qua inuocatū ē nomē tuū. ⁊ cla-
mabimus ad te in tribulationib; n̄ris.
⁊ exaudies nos saluosq; facies. **N**ūc igitur
ecce filij āmon ⁊ moab ⁊ mons seir
p̄ quos nō concessisti israēl vt trāsirent
q̄n egrediebant̄ de egipto. sed declina-
uerūt ab eis ⁊ nō interfecerūt illos. ecō-
trario agūt ⁊ nitūtur eijcere nos de pos-
sessione quaz tradidisti nobis deus n̄r.
Ergo nō iudicabis eos. **I**n nob quidē
nō ē tanta fortitudo vt possimus huic
multitudini resistere q̄ irruit sup nos.
sed cuz ignoremus qd̄ agere debeamus
hoc solū habemus residui vt oculos no-
stros dirigam⁹ ad te. **D**is dō iuda sta-
bac corā dño. cū puulis ⁊ vxorib; ⁊ libe-
ris suis. **E**rat aut̄ iasibel fil⁹ sacharie fi-
lij banaie filij iehibel filij mathanie le-
uites de filiis asaph. sup quē factus est
spūs dñi ī medio turbe ⁊ ait. **A**tendite
oīs iuda. ⁊ q̄ h̄itatis in hierl̄m. ⁊ tu rex
iosaphat. **N**ec dicit dñs vobis. **N**olite
timere nec paueatis hāc multitudinē.
Nō ē em̄ v̄ra pugna. sed dei. **E**ras de-
scenderis ⁊ eos. **A**scensuri em̄ sunt per
cliuū noie seir. ⁊ inuenietis illos ī sum-
mitate torrentis q̄ ē solitudinē hieru-
salem. **N**ō em̄ eritis vos q̄ dimicabitis. s;
t̄m̄mō cōfidenter stete. ⁊ videbitis au-
xilium dñi sup vos. **O** iuda ⁊ hierusalem
nolite timere nec pauatis. **E**ras egre-
diemini ⁊ eos. ⁊ dñs erit vobiscū. **I**o-
saphat ḡ ⁊ iuda ⁊ om̄es h̄itatores hieru-
salem ceciderūt. om̄i in terram corā dño. ⁊
adorauerūt deū. **P**orro leuite de filiis
caath ⁊ de filiis chore laudabāt dñm de-
tum isrl̄ voce magna in excelsis. **C**unq;
mane surrexissent egressi sunt per deser-
tū thacue. p̄fectisq; eis stans iosaphat ī
medio eoz dixit. **A**udite me viri iuda ⁊

omnes habitatores hierusalem. **C**redite
in dño deo v̄ro. ⁊ securi eritis. credite p̄-
phet; ei⁹. ⁊ cūcta eueniēt p̄s̄pa. **D**editq;
cō filiū p̄lo ⁊ statuit cātores dñi vt lau-
darēt eū in turmis suis ⁊ antecederent
exercitū. ac voce consona dicerent. **C**ō-
fitemi dño qm̄ in eternuz misericordia
ei⁹. **C**ūq; cepissent laudes canere. ver-
tit dñs insidias eoz in semetipos filio-
rum scz ammō ⁊ moab ⁊ montis seir. q̄
egressi fuerāt vt pugnaret̄ ⁊ iudam ⁊ p̄-
cussi sunt. **N**ā filij ammō et moab con-
surrexerūt aduersum habitatores mō-
tis seir. vt interficerent ⁊ delerent eos.
Cunq; hoc ope p̄petrassent etiam. in sei-
metipos verū mutuis occidere vulneri-
bus. **P**orro iuda cū venisset ad spelun-
cā q̄ respicit solitudinē vidit. p̄cal oēm
late regionē plenā cadauerib;. nec sup-
esse quenq; q̄ necem potuisset euadere.
Venit ergo iosaphat. ⁊ omnis p̄ls cuz
eo. ad detrahēda spolia mortuozū inue-
nerūtq; inter cadauera variā suppel-
tilē vestes q; ⁊ vasa p̄ciosissima. ⁊ diri-
puerūt ita vt portare nō possent. nec p̄-
tres dies spolia auferre. p̄ p̄cede magni-
tudine. **D**ie aut̄ q̄rto cōgregati sunt in
valle b̄ndictionis. **E**tem qm̄ ibi b̄ndi-
xerūt dño. vocauerūt locū illū vallis be-
nedictionis vsq; in p̄ntem diē. **R**euer-
susq; ē oīs vir iuda ⁊ habitatores hieru-
salem. ⁊ iosaphat añ eos in hierl̄m cum
leticia magna. eo qd̄ dedisset eis dñs ḡau-
diū de inimicis suis. **I**ngressiq; sunt in
hierl̄m cū psalterijs ⁊ citharis ⁊ tubis ī
domū dñi. **I**rruit aut̄ pauor dñi super
vniuersa regna terrarū. cum audissent
qd̄ pugnasset dominus contra inimicos
israēl. **Q**ueuitq; regnū iosaphat. ⁊ p̄-
buit ei dñs p̄ceꝝ p̄ circumitū. **R**eguit
igitur iosaphat super iudam. ⁊ erat tri-
gintaquinq; annoz cū regnare cepisset
Triginti aut̄ ⁊ quinq; ānis regnauit in
hierl̄m. ⁊ nomē matris eius asuba filia
selachi. **E**t ambulauit ī via p̄ris sui asa-
nec declinauit ab ea. faciēs que placita
erant coraz dño. **C**lericamē excelsa nō
abstulit. ⁊ adhuc populus nō direxerat

Paralipomenon II

cor suū ad dominū deū patrū suor. Re-
liqua autē gestoz iofaphat prior 7 no-
uissimoz scripta sunt in verbis iehu fi-
lij anani. que digessit in libro regū isrl.
post hec inijt amicitias iofaphat rex iu-
da cū ochosia rege isrl' cui? opa fuerunt
impiissima 7 princeps fuit vt faceret na-
ues q̄ irēt in thar sis. fecerūtq; classē
in a siongaber. **P**rophetauit autē elieser
filius todan de maresa ad iofaphat di-
cens. Quia habuisti fedus cū ochosia.
percussit dñs opa tua. contriteq; sunt na-
ues nec potuerūt ire in thar sis. **XXI**
Dormiuit autē iofaphat cū p̄ri-
bus suis 7 sepultus ē cū eis in
ciuitate dauid: regnauitq; iozā
filius eius pro eo. Qui habuit frēs fi-
lios iofaphat. asariā 7 iahibel 7 sachariā
7 asariam 7 michael 7 saphatiam. **D**ēs
hi filij iofaphat regis iuda. deditq; eis
pater suus multa munera argenti 7 au-
ri. 7 pensationes cum ciuitatib; mun-
tissimis in iuda. regnum autem tradi-
dit iozā eo q̄ esset primogenitus. **S**ur-
rexit autē iozā sup regnum patris sui.
Cūq; se cōfirmasset. occidit omnes fra-
tres suos. gladio 7 quosdam de principi-
bus iuda. **T**rigintaduoz annoz erat io-
zā cū regnare cepisset. 7 octo annis re-
gnauit in hierusalē. ābulauitq; in vñs
regū israhel sicut egerat domus achab.
Filia quippe achab erat vxor ei?. **E**t fe-
cit malū in cōspectu dñi. **N**oluit autē do-
minus disperdere domum dauid p̄pter
pactū qd̄ inierat cū eo. 7 quia promise-
rat vt daret ei lucernam 7 filijs eius in
omni tpe. **I**n dieb; illis rebellauit edō
ne esset subditus iude. 7 p̄stituit sibi re-
gē. Cūq; trāsiret iozā cū principibus
suis 7 cuncto equitatu qui erat secum.
surrexit nocte. 7 percussit edō qui se cir-
cū dederat. 7 omnes duces equitatus
eius. **A**ttamen rebellauit edom. ne eēt
sub ditione iuda vsq; ad hanc diem. eo
tpe et lobna recessit ne esset sub manu
illius. **D**ereliquerat em̄ dominū deum
patrū suor insup 7 excelsa fabricatus ē
in vrbib; iuda 7 fornicari fecit habita-

tores hierlm 7 preuaricari iudam. **A**lla-
te sunt autē ei littere ab helia p̄pheta. in
quib; scriptū erat. **H**ec dicit dñs deus
dauid patris tui. **Q**uoniā nō ambula-
sti in vñs iofaphat p̄ris tui et i vñs asa-
regis iuda. sed incessisti p̄ iter regū israh-
el. 7 fornicari fecisti iudam 7 habitato-
res hierlm. imitatus fornicationez do-
mus achab. insup 7 frates tuos domuz
p̄ris tui meliores te occidisti. ecce dñs
percuet te plaga magna cū p̄plo tuo. et
filijs vxorib; tuis. vniuersaq; substan-
tia tua. **T**u autē egrotabis pessimo lan-
guore vteri donec egrediant vitalia tua
paulatim p̄ singulos dies. **S**uscitauit
q̄ dñs p̄ iozā sp̄m philistinoz 7 arabuz
q̄ p̄fines sunt ethiopiib; 7 ascēdēt i ter-
rā iuda et vastauerūt eā. **D**iripuerūtq;
cūctā substantiā q̄ inuēta ē in domo regis
insup 7 filios eius 7 vxores. nec reman-
sit ei fili? nisi ioachas q̄ minimus natu-
erat. **E**t sup hec oīa percussit eū dñs alui
languore insanabili. Cūq; diei succede-
ret dies. 7 tpm spacia voluerent. duoz
annoz expletus ē circulus. et sic longa
cōsumptus t̄sbe ita vt egereret etiā vñ
scera sua languore p̄iter et vita caruit.
Mortuusq; ē in infirmitate pessima. et
nō fecit ei plus fm̄ morē cōbustionis
exequias sicut fecerat maioribus eius.
Trigintaduozū annoz fuit cū regnare
cepisset. 7 octo annis regnauit in hieru-
salem. **A**mbulauitq; nō recte. 7 sepelie-
rūt eum in ciuitate dauid v̄ritamē nō
in sepulcro regum. **XXII**

Constituerūt autē habitatores
hierusalē ochosia filiū eius mi-
nimū regē p̄ eo. **D**ēs em̄ maio-
res natu q̄ añ eū fuerant interfecerant
latrones arabū qui irruerant in castra.
Regnauitq; ochosias filius iozāz regis
iuda. **Q**uadragesimaduoz annozū erat
ochosias cū regnare cepisset et vno āno
regnauit in hierlm. 7 nomen m̄tis eius
athalia filia amri. **S**ed 7 tpe ingressus
est p̄ vias domus achab. **M**ater em̄ ei?
impulit eū vt impie ageret. **F**ecit igit̄
malū in cōspectu dñi sicut dom? achab.

Ipsi enim fuerunt ei consiliarii post mortem patris sui in interitum eius. ambulauitque in consiliis eorum. Et præiit cum iozabam filio achab rege israel in bellum contra asarel regem sirie in ramoth galaath. vulnerauerunt siri iozabam. Qui reuersus est ut curaret in israel. Multas enim plagas accipat in supradicto certamine. Igitur ochosias filius iozabam rex iuda descendit ut inuiseret iozabam filium achab in israel egrotantem. Voluntatis quippe fuit dei aduersus ochosiam ut veniret ad iozabam. et cum venisset et egredere se cum eo aduersum iehu filium nam si quem uenit dominus ut dederet domum achab. Cum ergo euerteret iehu domum achab inuenit principes iuda et filios fratrum ochosie qui ministrabant ei. et interfecit illos. Ipse quoque perquirens ochosiam apprehendit latitantes in samaria adductosque ad se occidit. et sepelierunt eum eo quod esset filius iosaphat qui fuerat dominum in toto corde suo. Nec erat ultra spes aliqua ut de stirpe quis regnaret ochosie. Si quidem athalia mater eius videns quod mortuus esset filius suus. surrexit et interfecit omnem stirpem regiam domus iozabam. Porro iosabeth filia regis tulit iozabam filium ochosie. et furata est eum de medio filiorum regis cum interficerentur absconditque eum cum nutrice sua in cubiculo lectulorum. Josabeth autem quam absconderat eum. erat filia regis iozabam uxoris ioiade pontificis sororis ochosie. et idcirco athalia non interfecit eum. Fuit ergo cum eis in domo dei absconditus sex annis quibus regnavit athalia super fratrem. **XXIII**

Anno autem septimo confortatus ioiada assumpsit centuriones. asaria vicem filium hierobam. et hismalxel filium iohannam. asaria quoque filium obed et maassiam filium adaie. et elisaphat filium sechri. et intulit cum eis sedus. Qui circumcincti iudam congregauerunt leuitas de ciuitatibus iuda. et principes familiarum israel ueneruntque in hierusalem. Intulit quoque omnis multitudo pactum in domo dei cum rege. dixitque ad eos ioiada. Ecce filius regis regibit sicut locutus est dominus super filios dauid. **Iste est sermo quem facietis. Tercia pars uero**

strum qui uenit ad sabbatum sacerdotum et leuitarum et ianitorum erit in portis. tertia uero pars ad domum regis. et tertia ad portam quam appellat fundamenti. **Omne uero reliquum vulgus sit in atrijs domus domini. nec quisquam alius ingrediat domum domini. nisi sacerdotes et qui ministrabant de leuitis. Ipsi tamen ingrediant quia sanctificati sunt et omne reliquum vulgus obsecuet custodias domini. Leuite autem circudent regem habentes singuli arma sua. et si quis alius ingressus fuerit templum interficiat. sicutque cum rege. et intrate et egrediete. Fecit ergo leuite et uniuersus iuda iuxta omnia que preceperat ioiada pontifex. Et assumpti fuerunt singuli uiros qui sub se erant. et ueniebant per ordinem sabbati cum his qui implerant sabbatum. et egressi erant. Si quidem ioiada pontifex non dimiserat abire turmas que sibi per singulas hebdomadas succedere consueuerant. Deditque ioiada sacerdos centurionibus lanceas clipeosque et peltas regis domini. que consecrauerat in domo domini. Constituitque omnem populum tenentium pugiones a parte templi dextra usque ad partem templi sinistra. coram altari et templo per circumitum regis et eduxerunt filium regis et imposuerunt ei diadema et testimonium dederuntque in manu eius tenendam legem et constituerunt eum regem. **Uenit quoque illi ioiada pontifex et filij eius. imperatoresque sunt ei atque dixerunt. Uiuat rex. Quod cum audisset athalia uocem. scilicet currentium. atque laudantium regem. ingressa est ad populum in templum domini. Cumque uidisset regem stantem super gradum in introitu et principes turmasque circa eum omnemque populum terre gaudentem atque clamantem tubis et diuersi generis organis concinentem uocemque laudantium. scidit uelut stimenta sua et ait. Infidie. infidie. Egressus autem ioiada pontifex ad centuriones et principes exercitus dixit eis. Educite illam extra septa templi et interficiat foris gladio. Precepitque sacerdos ne occideret in domo domini. Et imposuerunt ceruicibus eius manus. Cumque intrasset portam equorum domus regis. interfecerunt eam ibi. Depigit autem ioiada sedus inter se****

Paralipomenon II

vniuersumq; pplm et regē. vt eēt pls
 dñi. Itaq; ingressus ē oīs plus domū
 baal et destruxerūt eā. et altaria ac simula
 cra illius p̄fegerūt. nathan q̄z sacerdo
 tem baal interfecerūt añ aras. Consi
 tuit aut̄ ioiada p̄posito in domo dñi. et
 sub manib; sacerdotū et leuitarū q̄s di
 stribuit dō in domo dñi. vt offerret; ho
 locausta dño. sicut scriptū ē i lege moi
 si. in gaudio et canticis. iuxta disposicio
 nez dō. Constituit q̄z ianitores in portis
 dom; dñi. vt nō ingrederet eā immun
 dus i oī re. Assumpsit q̄z cēturiōes et for
 tissimos viros. ac principes ppli et om̄ie
 vulgus terre. et fecerūt descendere regē
 de domo dñi. et introire per mediū porte
 superioris in domū regis. et collocauerūt
 eū in solio regali. Letatusq; ē oīs plus
 terre. et vrbs quēuit. Porro athalia iter
 facta ē gladio.

XXIII

Septem annor; erat ioas cū re
 gnare cepisset. et q̄draginta an
 nis regnauit in hierlm. nomē
 m̄ is ei? sebia de bersabee. Fecitq; qd̄ ho
 nū ē corā dño. cūctis dieb; ioiade sacer
 dotis. Accepit aut̄ ei ioiada vxores du
 as. e q̄b; genuit filios et filias. Post q̄
 placuit ioas vt instauraret domū dñi.
 p̄gregauitq; sacerdotes et leuitas et di
 xit eis. Egredimini ad ciuitates iuda et
 colligite de vniuerso isrl̄ pecuniā de sar
 tatecta tēpli dei n̄ri p̄ singulos ānos se
 stinatōq; hoc facite. Porro leuite egere
 negligētus. Locauitq; rex ioiada prin
 cipē et dixit ei. Quare tibi non fuit cure
 vt cogeres leuitas inferre de iuda et de
 hierlm pecuniā q̄ p̄stituta ē a moise ser
 uo dñi. vt inferret eā oīs mltitudo isrl̄
 in tabernaculū testimonij. Athalia em̄
 impiōssima et filij eius destruxerunt do
 mū dei. et de vniuersis q̄ sc̄tificata fue
 rat i tēplo dñi. orauerūt phanū baalim.
 Precepit ḡ rex et fecerūt arcā. posuerūt
 q; eā iuxta portā dñi forinsecus. Et p̄di
 catū ē in iuda et hierlm. vt deferret sin
 gali p̄ciū dño qd̄ p̄stituit moises suus
 dei sup̄ oēm isrl̄ i deserto. Letatiq; sunt
 cūcti principes et oīs pls; et ingressi cō

tulerunt in arcam dñi atq; miserūt ita
 vt impleret. Cūq; t̄pus esset vt deser
 ret arcā corā rege p̄ man; leuitaz. vide
 bant em̄ multā pecuniam. ingrediebāt
 scriba regis et quē prim; sacerdos cōsti
 tuerat. effundebātq; pecuniā q̄ erat i ar
 ca. Porro arcā reportabāt ad locū suūz
 sicq; faciebāt p̄ singulos dies. et p̄grega
 ta ē infinita pecunia. quā dederūt rex et
 ioiada his q̄ p̄erant opib; domus dñi.
 At illi p̄ducebāt ex ea cesores lapidū et
 artifices opoz singulor;. vt instauraret
 domū dñi fabros q̄z ferri et eris. vt qd̄
 cadere cepat fulciret. Egerūtq; hi qui
 opabāt industrie. et obducebāt pietū ci
 catrū p̄ man; eoz ac suscitauerūt domūz
 dñi in statū p̄istinū. et firmiter eā stare
 fecerūt. Cūq; cōplēssent oīa opa. detu
 lerūt corā rege et ioiada reliquā p̄te pe
 cunie. de q̄ facta sunt vasa tēpli in miste
 riū ad holocausta. phiale quoq; et cete
 ra vasa aurea et argētea. Et offerebant
 holocausta in domo dñi iugiter cunctis
 dieb; ioiade. Venit aut̄ ioiada plen;
 diez. et mortuus ē cū centū triginta eēt
 annor;. sepelierūtq; eū in ciuitate dō cū
 regib;. eo qd̄ fecisset bonū cū isrl̄ et cū do
 mo eius. Postq; aut̄ obiit ioiada. igres
 si sunt principes iuda et adorauerūt re
 gem. Qui delinitus obsequijs eoz acq̄
 euit eis. Et dereliquit tēplū dñi dei pa
 trū suoz. seruietq; lucis et sculptilib;.
 et facta ē ira dñi i iudā et hierlm p̄pter
 hoc pctm̄. Mittebatq; prophetas vt re
 uerterent ad dñm. q̄s p̄testātes illi au
 dire nolebāt. Spūs itaq; dei induit sa
 chariā filiū ioiade sacerdotē. et stetit in
 cōspectu ppli et dixit eis. Hec dicit dñs.
 Quare transgredimini p̄ceptū dñi qd̄
 vobis nō proderit. et dereliquistis dñm
 vt derelinq̄ret vos. Qui cōgregati ad
 uersus eū miserūt lapides iuxta regis
 impiū. in atrio domus dñi. Et nō ē re
 cordatus ioas rex mie quā fecerat ioia
 da p̄ illius secū. sed interfecit filiū ei.
 Qui cuz moreretur ait. Glideat dñs et
 req̄rat. Cūq; euolutus esset ānus ascē
 dit p̄ eū exercitus sūrie. venitq; in iudā

et hierlm et interfecit cunctos principes
populi. atque vniuersam pdā miserūt regi i
damascū. Et certe cū pmodicus wisset
nūerus firozū. tradidit dñs in manibz
eoz infinitā multitudinem eo qd dereli
quissent dñm deū patrū suoz. In ioas
qz ignominiosa exercere iudicia. et abe
untes dimiserūt eū in languozibz ma
gnis. Surrexerūt autē dñs eū sui sui in vl
tione sanguinis sacharie filij ioiade sa
cerdotis et occiderūt eū in lectulo suo et
mortuus ē. sepelierūtqz eū i ciuitate dō
sed nō i sepulcris regū. Infidiatī vero
sunt ei sabath fili? semath amanitidis.
et iosabath filius semarith moabitidis.
Porro filij ei? ac summa pecunie q̄ adu
nata fuerat sub eo. et instauratio dom?
dei scripta sunt diligenti? in libro regū
Regnauit autē amasias filius ei? p eo.

Uiginti quinqz ānoz **XXV**
erat amasias cū regnare cepis
set. et uigintinouē ānis regna
uit in hierlm. Nōmē mēis eius ioiaden
de hierlm. Fecitqz bonū i aspectu dñi.
uerūtū nō in corde pfecto. Cūqz robora
tū sibi uideret impiū. iugulauit suos q̄
occiderāt regē p̄em suū. sed filios eoz
nō interfecit. sicut scriptū ē in libro le
gis moisi. ubi p̄cepit dñs dicēs. Nō oc
cident p̄es p filijs. neqz filij p p̄ibz su
is. s; unus quisqz in suo pctō mozier. Con
gregauit igit amasias iudaz. et cōstituit
eos p familias. tribunozqz et cēturiones
in vniuerso iuda et bēiamin. et recēsuit
a uiginti ānis sursum. iuenitqz triginta
milia iuuenū q̄ egredereēt ad pugnam et
tenerēt hastā et clipeū. Mercede qz con
dixit de isrl cētū milia robustoz centū
talētis argēti. Uleit autē hō dei ad illum
et ait. Rex. ne egrediat tecū exercit? is
rael. Non ē. n. dñs cū isrl. et cūctis filijs
ephraim. qd si putas in robore exercit?
bella consistere. supari te faciet deus ab
hostibz. Pei quippe est. et adiuuare et in
fugā cōuerrere. Dixitqz amasias ad ho
minē dei. Quid ḡ fiet de centuz talent?
que dedi militibz israhel. Et r̄ndit ei ho
mo dei. Dabet dñs vñ tibi dare possit

multo his plura. Sepauit itaqz ama si
as exercitū q̄ uenerat ad eū ex ephraim
ut reuertere in locū suū. At illi dñs iudā
vehementer irati. reuersi sunt in regionē
suā. Porro amasias cōfidenter eduxit
populū suū. et abiit in uallē salinarum. per
cussitqz filios seir decem milia. Et alia
decē milia viroz sepeēt filij iudaz addu
xerūt ad p̄ruptū cuiusdam petre. p̄eci
pitauerūtqz eos de summo in p̄ceps
q̄ vniuersi crepuerūt. At ille exercitus
quē remiserat amasias ne secuz iret ad
plū. diffusus ē in ciuitatibz iuda. a sa
maria vsqz bethoron. et interfecit tribz
milibz diripuit p̄edā magnā. Amasias
qz post cedē idumeoz et allatos deos fi
lioz seir. statuit illos in deos sibi. et ado
rabat eos. et illis adolebat incensum.
Quamobrem iratus dñs dñs amasiam
misi ad illū p̄phetā qui diceret ei. Cur
adorasti deos q̄ nō liberauerūt populū su
um de manu tua. Cūqz hec ille loquere
tur r̄ndit ei. Nū p̄siliarius regis es. qd
esce ne interficiā te. Descēdensqz p̄p̄ta
ta scio inqt qd cogitauerit dñs occidere
te. qd et fecisti hoc malū. Ansup nō acqui
euiti cōsilio meo. Igit amasias rex iu
da inuito pessimo cōsilio. misit ad ioas fi
liū ioachas filij iehu regē israhel dicens
Ueni uideamus nos mutuo. At ille re
misit nūcios. Carduus q̄ est in libano.
misit ad cedrū libani dicens. Da filiaz
tuam filio meo uxorem. Et ecce bestie
q̄ erāt in silua libani. transferunt et con
culcauerunt carduū. Dixisti. percussio edō
et idcirco erigit cor tuū in supbiam. Se
de in domo tua. Cur malū aduersuz te
prouocas. ut cadas. et tu et iudas tecum
Noluit audire amasias. eo qd dñi esset
uolūtas. ut tradereēt in manus hostiuz
p̄pter deos edom. Ascendit igitur ioas
rex israhel. et mutuos sibi p̄beuere con
spectus amasias autem rex iuda erat in
bethsames iude. Corruitqz iudas corā
isrl. et fugit i tabnacula sua. Porro ama
siam regē iuda filiū ioas filij ioachas ce
pit ioas rex isrl in bethsames et adduxit
in hierlm destruxitqz muruz ei? a porta

Paralipomenon II

ephraim vsq; ad portā anguli quadrin-
gentis cubitis. oē q̄z aurū 7 argentū et
vniuersa vasa q̄ reppererat in domo dei
7 apud obededom. in thesauris etiā do-
mus regie. nec nō 7 filios obfidū redu-
xit in samariā. **U**xit autē amasias fili-
us ioas rex iuda postq̄ mortuus ē ioas fi-
lius ioachas rex isrl̄ q̄ndecim ānis. **R**e-
liq̄ autē sermonū amasie priorū 7 nouissi-
morum scripta sunt in libro regū iuda 7 is-
rael. **Q**ui postq̄ recessit a dño. tetēdit
ei insidias in hierlm̄. **C**unq; fugisset la-
chis. misit 7 interfecit euz ibi. reposit
tantesq; sup equos sepelierūt eū cū pa-
trib; suis in ciuitate dauid. **XXVI**

Omnis autē plus iuda filiū ei?
Oosiam annorū sedecim cōstituit
it regē p amasia p̄e suo. **I**pse
edificauit ahalat 7 restituit eam ditioni
iude postq̄ dormiuit rex euz p̄ib; suis.
Sedecim ānorū erat osias cū regnare
cepisset. et q̄ngintaduob; ānis regna-
uit in hierlm̄. **N**omē m̄tis eius iecelia
de hierlm̄. **F**ecitq; qd̄ erat rectū i ocu-
lis dñi iuxta oīa q̄ fecerat amasias p̄f-
eius. 7 exq̄siuit dñm in dieb; sacharie i
telligentis 7 vidētis deū. **C**unq; req̄re-
ret dñm dixerit eū in om̄ib;. **D**eniq; e-
gressus ē 7 pugnit p̄ philistiim. 7 destru-
xit murū geth. 7 murū iamnie. murū
q; asoti. **E**dificauit q̄z oppida in asoto 7
philistiim. 7 adiuuit eū de' cōtra phili-
stijm 7 p̄ arabes q̄ h̄tabāt in gurbaal.
7 p̄ āmonitas. **A**ppendebātq; āmonite
mūera osie. 7 diuulgatū est nomē eius
vsq; ad introitū egipti p̄pter crebras vi-
ctorias. **E**dificauitq; osias turres i hie-
rusalē sup portā anguli. 7 sup portā val-
lis. 7 reliq; in eodē muri latere. firmas-
uit eos. **E**xtruxitq; turres in solitudine:
7 effudit cisternas plurimas eo q̄ habe-
ret m̄lta pecora tā in cāpestrib; q̄ in he-
remi vastitate. **C**lineas q̄z habuit 7 vi-
nitores in mōtib; 7 i carmelo. **E**ratq; p̄-
pe hō agriculture dectus. **F**uit autē ex-
ercitus bellatorū eius q̄ p̄cedebāt ad p̄-
lia sub manu iedihel scribe. maasieq; do-
ctoris. 7 sub manu ananie q̄ erat de du-

tib; regis. **O**isq; nūerus principū p fa-
milias suas virozū fortū duozū milū
sexcentoz et sub eis vniuersus exercit?
trecentoz 7 septē milū quingentoz q̄
erāt apti ad bella. 7 p rege cōtra aduer-
sarios dimicabāt. **P**repauit quoq; eis
osias. i. cūcto exercitui clipeos 7 hastas
7 galeas et loricas. arcusq; et fundas ad
iaciēdos lapides. 7 fecit in hierusalem
diuersi generis machinas quas i tur-
rib; collocauit 7 in angulis murozū. vt
mitterēt sagittas 7 saxa grādia. **E**gres-
sumq; ē nomē eius. p̄cul eo q̄ auxiliare
tur ei dñs 7 corrob;asset illū. **S**ed cū
roboratus esset eleuatū ē cor eius in in-
terituz suū 7 neglexit dñm deū suū. in-
gressusq; templū dñi. adolere voluit in-
censum sup altare thimiamatis. **S**ta-
timq; ingressus post eum asarias sacer-
dos. 7 cū sacerdotes dñi octoginta viri
fortissimi. restituerūt regi atq; dixerūt.
Non ē tui officij osia. vt adoleas incen-
sum dño sed sacerdotū. hoc est filioz aa-
ron qui cōsecrati sunt ad huiuscemodi
mysterium. **E**gredere de sanctuario. ne
cōtempseris. qz nō reputabit tibi i glo-
riam hoc a dño deo. **I**ratuq; osias 7 te-
nens in manu thuribulū vt adoleret i-
censum minabatur sacerdotib;. **S**ta-
timq; orta ē lepra in frōte eius corā sa-
cerdotib; in domo dñi. super altare thi-
miamatis. **C**ūq; respexisset eum asari-
as pontifex. 7 om̄es reliqui sacerdotes
viderunt lepram in fronte eius. 7 festi-
nato expulerunt eum. **S**ed 7 ipse p̄ter-
ritus accelerauit egredi. eo q̄ sensisset
ilico plagā dñi. **F**uit igitur osias rex le-
profus vsq; ad diem mortis sue. 7 h̄ta-
uit in domo separata. plenus lepra ob-
quam eiectus fuerat de domo domini.
Porro ioathan filius eius rex domuz
regis 7 iudicauit pplm̄ terre. **R**eliq̄ autē
sermonū osie priorū 7 nouissimoz scri-
psit esaias fili' amos. p̄pheta. **D**ormi-
uitq; osias cū p̄ibus suis. et sepelierūt
eum in agro regaliū sepulcrozū eo q̄
esset leprofus. regnauitq; ioathā filius
eius pro eo. **XXVII**

Uiginti quinq; añoz erat ioathã
cũ regre cepisset et sedecim añis
reguit in hierlm. Nómẽ ma
tris eius hierusa filia sadoch. Fecitq;
qđ rectũ erat corã dño iuxta oia q̄ fece
rat o fias p̄t suos. excepto qđ nõ est in
gressus templũ dñi ⁊ adhuc p̄ls delin
q̄bat. Ipse edificauit portaz domus dñi
excelsam ⁊ in muro ophel multa cõstru
xit. Urbes quoq; edificauit in montib;
iuda. ⁊ in saltib; castella et currez. Ipse
pugnauit ⁊ regem filioz ammõ ⁊ uicit
eũ. Dederũtq; ei filij amõ in tpe illo cẽ
tũ talenta argẽti. ⁊ decem milia choros
tritici ac totidẽ choros hõrdei. Dec ei p̄
buerũt filij ammõ. in año secũdo ⁊ ter
cio. Corrobzatusq; ẽ ioathã. eo qđ dire
xisset uias suas corã dño deo suo. Reli
qua aut̄ smonũ ioathã ⁊ om̄es pugne
ei ⁊ opa scripta sunt i libro regũ isrl. et
iuda. uiginti q̄nq; añoz erat cũ regre ce
pisset. ⁊ sedecim añis reguit in hierlm.
Dormiuitq; ioathan cũ p̄ib; suis ⁊ se
pelierũt eũ i ciuitate dõ. ⁊ reguit achas
filius eius pro eo.

XXVIII

Uiginti añoz erat achas cũ re
gnare cepisset. ⁊ sedecim añis
regnauit in hierlm. Nõ fecit re
ctũ in cõspectu dñi. sicut dauid p̄t eius
sed ambulauit in uis regũ isrl. insuper
⁊ statuas fudit baalim. Ipse ẽ qui ado
leuit incẽsum in ualle hennon. ⁊ lustra
uit filios suos in igne. iuxta ritũ gẽtiũ
quas iterfecit dñs in aduẽtu filioz isrl.
Sacrificabatq; ⁊ thimiama succende
bat in excelsis. ⁊ in collib;. et sub omni
ligno frondoso. Tradiditq; eũ dñs de
eius i manu regis sirie. qđ pcussit eũ ma
gnãq; p̄dã cepit de eius impio. ⁊ addu
xit in damascũ. Manib; q̄z regis israhel
traditus ẽ. ⁊ pcussus plaga grãdi. Oc
ciditq; phacee fili; romelie de iuda cen
tũ uiginti milia in die uño oẽs uiros bel
latores. eo qđ reliq̄ssent dñm deũ patz
suoꝝ. Eodẽ tpe occidit sechri uir potẽs
ex ephraim maasã filiu; regis. ⁊ estricã
ducẽ dom̄ ei. helchanã q̄z secũdũ a re
ge. Ceperuntq; filij isrl de fr̄ib; suis du

centa milia muliez pueroz ⁊ puellaz ⁊
infinita p̄dam. ptuleruntq; eã in sama
riã. Ea tẽ pestate erat ibi p̄p̄tera dñi no
mine obeb. qđ egressus obuiãz erer atui
ueniẽti in samariam. dixit eis. Ecce ira
tus dñs deus patrũ ufoꝝ ⁊ iudã. tradi
dit eos in manib; uis. ⁊ occidistis eos
atrociter. ita ut ad celuz p̄tingeret uis
crudelitas. Insup filios iuda ⁊ hierlm
uultis uob; subijcere in suos et acillas.
qđ nequaq; facto opus ẽ. Peccastis ei
sup hoc dño deo ufo. Sed audite cõfi
liũ meũ. ⁊ reducite captiuos q̄s addu
xistis de fr̄ib; uis. qz magn; furor dñi
imminet uob;. Steterunt itaq; uiri de
principib; filioz epharim. asarias filius
iohanen. barachias fili; mosollamoth.
esechias filius sellũ. et amasias fili; ha
dali. ⁊ eos qđ ueniebãt de p̄lio. ⁊ dixerũt
eis. Nõ introducetis huc captiuos. ne
peccemus dño. Quare uultis adijcere
p̄ctã nostra. ⁊ uetera cumulare delicta.
